



# INDEX Materiarum Alphabetico

## A.

- De actione {confessoria} 10.  
 Appulsus jure 13.  
 Anima suppositalitate 44.  
 Auctione voluntaria 38.

## B.

- De Bene merito  
 Bodmeria  
 Grandezza vel yole

## C.

- De Carcere obbaratorum 32  
 Causis Honorum  
 Concordia discordantia Germaniae "  
 De Confessione  
 Confessoria et Negatoria actione  
 De Colono Partiario

## D.

- Discordantia Germaniae  
 Concordia 1.  
 de Dono nuptiali 3.  
 Deposito miserabili 18.

## E.

- Eboracum 5.  
 Ein dritter gestalt 6.  
 De Exceptione Transactionis 31.  
 Cruditorum vitiis. 41.
- De Facta l. q. Traditione 7.  
 Foemina non est homo 36.

## F.

- Germania discordantia  
 Concordia 1.

## G.

10. v. Boffzib zopfzue 3.  
 20. de Honorum causis 2.

## H.

## J.

De Ingrato	17.
Interstitione praediorum	9.
Instituenda peregrinatio	25.
Incorporatum praecriptione	8.
Localibus scribatur p[ro]mulgat. 4.	
Judicio peritorum	34.
Inspectione oculari	33.

De jure Appulsum	13.
- Peregrinantium	23.
- Postlimizii.	15.

prohibendi  
revocandi domum

De Interpellationib[us]	26.
	29.

## L.

De Laudi vitiis	28.
De Legato vini novi	22.
De Licitatione	37.
Loco	14.

## M.

De Mandato speciali	27.
Misericordia	19.
Miserabilis deposito	18.

## N.

de Negatoria Actio[n]e	10.
Novi vini Legato	22.
Inspectione oculari	33.
Nuptiali dono	3.

Operato[r] O. carcere	32
Oculari inspectione	33
Odio secundary nuptiarum	5.
optime instituenda p[er]e- grinatione	25.

## P

Parafesir ad viror[um] politi-	
Partiaris Coloxo cor	20.
De Peregrinacione Studio[s]op	24.

Peregrina[ti]o[n]e optime insti-

tuenda

Peregrinante jure

peritorum Judicio

Postlimizii jure

Pileo

Prohibendi jure

Praecriptione Incorporatiu[m]

Prolium unione

Praedictis interstitione

R.  
De Restitutio*n*e in Integrum  
feminis d. i. com. c. Sax.  
competente 35.

Resignatione officii in fa,  
voren tertii 39.

S. 32.  
S. 32.  
de Societate matrimoniali 43.

Sono  
speciali mandato. 45.  
Suppositalitate anima. 44.

Strang ad Grundruf  
Raff 13.

de Transaktionis Exceptione 31

M. t.  
Varibus defunctis

Q.  
Quasi a. ficta traditio,  
re 7.

V.  
De Vitior*n* Eruditorum 41.  
vitior*n* Landi 28.  
Unione protium 6.  
Verbitung*b* Raff 11.  
Voluntaria auctione 38.  
Viri pari legato 22



P.138.

fl.

id,  
7.



Freiherr v. Ende-Althessnitz.

.2.  
DISSERTATIO

DE

# CAUSIS HONORUM

Von

Schren - Fällen /

QUAM

PRESIDE

## PETRO MULLERO

Jcto & Prof.

ad d. Septembr.  
ventilandam exhibet

AUTOR

DAVID Hezer /  
Weidâ Variscus.

---

JENÆ, TYPIS GOLLNERIANIS 1679.



Cum Dgo!  
DISSERTAT:

DE  
CAUSIS HONORUM  
SECTIO I.

DE  
FAVORE CAUSARUM HONORIS IN GENERE

THES. I.

 Ausa honoris magna & favorabilis est. Ubi enim honor non est, ibi contemptus est: ubi contemptus, ibi frequens injuria, ibi & indignatio: ubi indignatio, ibi quies nulla. Ubi quies non est, ibi mens proposito saepe dejicitur, ubi autem per inquietudinem aliquid auferitur ex studio, minus fit ab eo: quod tollitur, quod minus est, perfectum dici non potest, ait Hieronymus *epist. & sumus naturâ studiosissimi appetentissimique honestatis, cuius si quasi lumen aliquid aspergerimus, nihil est, quod, ut eo potiamur, non parati sis & ferre, & perpeti Cicer. 2. Tusc. magnique sunt animi magnis honoribus Livius *decad. 1. lib. 6.* Contra vero contemptio boni nominis vitium est, cum imprudentia & infania qudam conjunctum Plutarch, in *Alcibiad.**

THES. II. Hinc variaz de honore efferuntur sententiaz, ut dixerit Philosophorum quidam: quod honor sit bonorum largitio propter virtutis officium, estimatio ac dignitas virtute acquisita figura venerationis, conservatio dignitatis. Alli: quod honor sit præmium virtutis tributum à congruentia ejus judice viro bono, ut ejus virtus resulgeat, ceteraque ejus exemplo ad virtutem invitentur. Piccol. grad. 8. c. 24. ut dubium planè nullum sit homini Christiano licere honores appetere politicos & imperatorios gerere, ipso fatente Petro I. *epist. c. 2. v. 17.*

THES. III. Neque obstat, quod honores ac potestates hominum animos ad fastum extollant ac corrumpant, & dicto Salviani: Pedis equa plerumque novi honoris arrogantia, & difficultatum sit, ut gradus honoris tumorem non pariat in animo imprudentis. Id enim quod per accidens fit, non confundendum

A

cum

cum es quod per se est. Ac quod plurimi circa honores peccent, non est ex honoris natura & effectu, sed ex vitiō personā, cui est collatus, adhærente. Interim nemini vertendum est vitiō, si honorem acquirat, legitimeque quantum debito modo defendat.

THES. IV. Causa autem honorum tam inter vivos, quam post mortem, modò in conversatione civili, modò in titulis, modò in locis, modò in aliis obviis veniunt ac attenduntur, consideranturque velut nūl cedendum vel aliquid remittendum, vel alteri quid tribuendum est, de quibus si non singulis, nonnullis tamen in praesenti sumus acturi.

THES. V. Vocabulum causa æquivocum esse ex Martino in Lexico Philologo sub vocatiōne causā, constat; Nos hoc loco causam accipimus pro negotio vel re quæ in questionem venit, ac idem est ac si germani dicunt Ehrenhandel / EhrenSache / Ehrenfälle. Honoris verbum unde descendat, ac quotupliciter accipitur, vid. dissertatio D. Präsid. quam anno 1657. in hac Salana habuit, cuius titulus est: Tempus Honoris 1657. seqq.

THES. VI. Causa honorum sunt, quibus honor cuivis debetur exhibetur, nosque à iis testificari nostram opinionem de alterius excellentia, cum quadam submissione, vel honorem nobis debitum ab aliis exigimus vel discriminatim facimus personarum in vita communis secundum existimationem & statum.

## SECTIO II.

DE

## CONVERSATIONE QUÆ FIT HONORIS

### CAUSA.

THES. I.

Uamvis studio Sapientiae & pietatis causaque contemplationis solitudinem amantes conversationem abominari videantur, imò graves viri, quò rarius in publico conspiciantur, authoritatem sibi queri existimant: Et ideo Persona Regis apud Persas oculē-

culebatur teste Justin. l. i. cap. 9. §. ii. Major enim ex longinquō re-  
verentia est, inquit Tacitus 'b. 1. e. Annal. cap. 47. §. 3. ut testivè Fri-  
dericus Lingelsheim, cùm ipsi solitudo à quodam objiceretur, di-  
xerit: *vaccas plerumq; & oves gregatim pastre;* *& Aquilam verò solum*  
*in aere versari;* Zincgref opopbt. pars. 1. p. 300. Non tamen omnem  
vitare ejurareve convenit conversationem. Ea nonnunquam  
honoris causa fuscipienda est: Exemplo Periclis Atheniensis,  
qui licet admodum ab hominum conversatione abhorret, & a-  
amicorum etiam convivio fugeret, apud Euryptoleum tamen  
nuptialis convivio interesse voluit, ut nuptias mirum in modum  
probare videretur. Plutarch. in *Pericle.*

THESS. II. Quid; *Si quis in convivio vel alibi, ubi honoris*  
*causa vel necessitate esset versatur, inveniat aliquem, qui inju-*  
*rias graviores aduersus ipsum evomuerit, num cum injurianti*  
*circa injuriarum remissionem conversari possit?* Notum qui-  
dem est, quod crimen injuriarum cum furto & falso, quantum  
ad gravitatem delicti, pugnare, quodq; & que atrox esse videatur,  
tantoque atrocius, quanto gravior solet esse viris honestis ja-  
catura honoris & existimationis, quam non bonis, sed & vita & va-  
letudini praeferunt, ut loquitur D. Augustus Elec. Saxon. p. 4. c. 42.  
Hæc cum laeditur verbis injuriosis, non minus atque furto patri-  
monium (unde vulgo injurians fur honoris ein Ehrendieb appelle-  
litari solet) politico sane homini ignominiosum est, inultam  
relinquere injuriam, quo cuncte etiam modo fuerit illata. At Po-  
test quis beneficio pro se introducio vel tacite renunciare, invito  
enim non datur beneficium! . 75. ff. d. R. 7. Hinc injuria perire so-  
let d'ffimus' aione, si quis injuriam illatam acibus aliquibus ex-  
ternis ostenderit injuriam illatam sibi non displicere, quales a-  
ctus sunt amica cum injuriente conversatio, salutatio manus  
porrectio, iusus, visus & similes, Lindeman. excor. justin. ad. iir.  
d. inu. 1. b. 49. Si quidem dextrarum copulatio semper amicitiae  
ac fidei pacisque symbolum habita fuit Ioh. Andr. m. 1. j. n-  
dem. 17. d. E. Et. in e. Camerar. cens. 1. oper. crucif. c. 35. C. cen. 2. c. 46.  
unde Seneca in *Herc.* Fur. art. 2. sc.

Sustenus animos, pignus hoc fidei cape,

Coniunge dextram, quid iruvi vallem file?

A 3

ita ut



ita ut postea ex pœnitentia remissam injuriam non possit recolere  
§. fin. d. injur. l. n. §. 1. ff. 40d. Verum distinguendum est inter  
conversationem qua motu proprio, & eam qua honoris causa sit,  
vel ex necessitate. De illâ verum est, per actiones familiares re-  
missam censeti injuriam, vid. Carpzov. p. 4. cons. 46. d. f. 2. prax. crim.  
part. 7. qn. 97. n. 50. Wesenb. ad ff. d. i. jur. n. 1. Hanc vero quod attinet  
si quis salutet conviciatorem, osculetur vel edat & bibat cum illo,  
rancorem duntaxat ut DD. loquuntur & animi odium, non a dio-  
nem injuriarum remissile intelligitur Harprecht ad Inst. p. 2. d. ff. 8.  
ib. 41. Schneidev. vin. ad §. fin. Inst. d. injur. §. 3. ibi: *Quod est ve-*  
*rum (sc. per dissimulationem remitti injuriam) si hoc faciat more*  
*proprio: fecus, si ambo sint invitati ad convivium, & positi ad unam*  
*mensam, tunc enim non intelligitur remisire injuriam, cum ex qua-*  
*dam honestatis necessitate hoc fecerit.* add. Wehner censil. Francon.  
67. n. 3. Iodoc. Danhouder in pract. criminal. tit. 136. d. injur. circ.  
ff. Ut proinde dicendum sit, injuriatum ex necessitate officii vel  
honoris causa cum injuriante conversari, vel ex amore Christiano  
no rancorem remittere posse ac debere, salva injuriarum actione  
D. Richter reg. 2. n. 70. Solent quidē Aulici inter se dissidentes, simu-  
lare, & si forte princeps in orbem seu à primo ad ultimum bibere, ut  
loquitur Nobilis. D. Simon *differat. d. iur. oculor. cap. 5. iusserit. po-*  
*pula injuriantis jure aulico, auff Hoffrecht / h.e. citra præjudi-*  
*cium actionis vel causâ injuriarum accipere, Sie trincken eins*  
*ander auff Hoffrecht zu / und nehmen den Trunk auff*  
*Hoffrecht an Gail de arrest. Imper. c. 14. n. 6. Wehn. in pract.*  
*observe. sub lit. H. verb. Hoffrecht / Quem morem, ut ut ob si-*  
*etam honestatis rationem quidam observandum censeant, im-*  
*probatis arguit Georg Gumpelzhaim d. exercit Academic.*  
part. §. n. 12. in fin. ubi dicit: *quod lites non debeant propagari ut*  
*vites, sed minui, nec tamē ita pociulis minuantur. Alii majoris cau-*  
*tele ergo protestationem de non remittendâ injuriarum actio-*  
*ne adjiciunt, vel si cæptum sit judicium, ut civilitatis & honoris*  
*causa usurpati actus familiares nil præjudicent, quemadmodum*  
*Ampliss. Facultas Juridica in hac Salana anno 1610. mens. febr.*  
*ad requisitionem Georgii Fleischhauers zu Wühlhausen re-*  
*spondit, vid. D. Richter, *centur. regul. reg. 2. n. 70.**

THES.



**THERES. III.** Homines diversi sexus in civili societate nobis occurrentes nobis considerandi sunt. Quantū ad *feminarum* conversationem attinet, meminerimus, inquit Guazz. *d. civis con-*  
*versat. differe. 4.* omnem illius honorem & reverentiam deberi, & à Romulo editum promulgatum fuisse, quo cautum, ut viri pri-  
mum *femini* locum concederent. Quamvis autē quilibet laborem unū  
alicui *feminae* inserviendi, & in omnibus actionibus eam obser-  
vandi suscipiat; nihilominus tamen & aliis quoq; omnibus hono-  
rem & reverentiam exhibere, & harum etiā gratiam se appetere,  
cū verbis tum factō demonstrare non intermittet: cavens ē con-  
tra, ne quid unquam invituperium & contemptum earum proferat,  
cum nihil sit, quod majore dedecore & infamia quempiam affi-  
ciat, quam illud. Guazz. *d. l. Q.* Si promore populi ac regionis uniuersitatis  
vel alterius ostendat soleans infigere honoris causa, uti vocant, eine Ehrenkuss  
geben; nec quia osculari vult. famam, num bec denegatio pro injuria  
accipi possit? Affirmatur, quia ex denegatione hujus osculi ini-  
micitiam probandi modus desumitur juxta Rober. Marantam *rr.*  
*d. ordin. judicior. part. 6. d. appellat. n. 48.* vid. D. Praeses in *cum-*  
*mentas de Osculo sancto cap. i.* Ubi itaque moris est, oscula honoris  
causa infigere, eite conformes, nī rusticitatis metam incarrere  
velis; sicuti id Germano cuidam peregrinanti accidit. Cum e-  
nim, referente Ritterhusio *d. Osen'sus fclt.* in diversorio *Marman-*  
*da Perricoru* oppido, ad insigne Trium Regum, ubi plerique Ger-  
manorum *Bardigalā Tolosam* petentes diverti solent, hospes e-  
jusque universa familia osculi honorem nostris deferre soliti es-  
sent, Germanus quidam istius morum urbanitatis ruditis atque  
expers, ancillam osculi figendi causa primum ad se, quem ex ve-  
stitus splendore sodalitii principem putabat, accedentem colap-  
phis repulit, eam pulpamentum querere autemans. Inde mos  
in fraudem sympathiarum eò venturorum obsolevit D. Praeses  
*in notis ad Cesa Galeraum s. d. morum elegantis cap. 120.*

**THES. IV.** Si in praesentiā hominum uxor in maritum delin-  
quat, verba iracunda evomendo maritū corrigerē uxorē etiā ver-  
beribus potest; tamē facit rectip; honoris causa *Ehrē* halber nūssi-  
et ea causa corrigatq; blanditiis molibusq; verbis atq; marita-  
li sermone

mone uti Jctus Papinianus in l. ult. ff. si quis aliqui rest ar. probib. præ-  
sertim in levioribus delictis; si enim ad hæc delicta statim ful-  
mina & cuneos crepabit, amburem splendor nivei amoris,  
quatietur columnam familiæ, & dissipabitur flamma mutuæ con-  
cordie, quibus familiæ vinculis disruptis, quid sperandum am-  
plius nisi proximus totius Oeconomiaæ interitus Arnis d. jure  
*connub. c. 8. f. 4.* Parcat potius proprio honori Maritus; nam uti  
Virgilius lib. 2. *Aeneid.* dicit.

— nullum memorabile nomen

Fœminæ in poena est, nec habet Victoria laudem.

THES. V. Conveniens quoq; est, inquit Guazzius d. lingua-  
nostram in laudandis fœminis, quibus cum versamur, semper nun-  
quam verò vituperandis exercere; nec palam, nec irato, nec oc-  
culto nec confidenter. Sicuti igitur vituperatio fœminas iracun-  
diâ accedit, ita facilè creditu est nullum esse instrumentum ad  
inflammandum eas amore accommodatius, quam laudes & meriti  
a ipsarum recitare. Q. Si Chiromantisus ex linea manuum v. g. cin-  
culo veneris integræ, rubiendo, duplicito, linea quoque lactea  
presenti, profunda, integræ, rubicunda, & similibus, ex quibus la-  
via colligitur; Item Physiognomus ex figura corpore vultuque, v. g.  
albumine pure, & candido, ex birisque anterioribus greffis, carnosis, &  
rubicundis: Et tesa Veneris in Mercurii locum proclivis, & aliis non  
omnibus quidem obvio plurimum tamen infallibiliter signis consultus  
responset, quampiam esse lasciviam, imò scortum, Num respondens pos-  
sit actione injuriarum conveniri? Respond. cum D. Rhetio dissent.  
d. Virginib. cap. 8. negando arg. l. 15. §. 13. ff. d. injur. Chiromanti-  
cus enim vel Physiognomus non animo injuriandi sed artis  
suz, quam profitetur exercenda causa vaticinatus esse censetur,  
præsertim cum non sua sponte Chiromanticus vel physiognomus,  
sed requisitus & consultus atque ratione artis, quam profitetur,  
hoc responsi dederit. Prudentius tamen facit honoris causa re-  
motis arbitris fœminæ talia referendo. Nam non omnia, pro-  
ut in peccato habes, effutire licet. Illud Owen lib. 1. epigram.  
memori condendum est pectori:

Dissimula, simula, quoties occasio poscit,

Meribus ut morem temporibusque geras.

THES.



TAB. VI. Q. Num honoris causa mentiri licet? Si mendacium alterius commodo, saluti & honori velificetur, affirmanda erit quaestio, modò cum fraude tertii, coram quo protertur, non sit conjunctum; Tale enim mendacium non nisi nomine tale est, ac coincidit cum mendacio officioso, quod juxta Lutherum in commento ad c. 12. Genes. ideo vocatur, quia servitur non solum alterius commodo, qui alioqui injuriam aut vim passurus erat: sed etiam impeditur peccatum. Impropiè igitur mendacium vocatur, potius est virtus & insignis prudentia, quam & furor Satanæ impeditur, & servitur honori, vita, commodis aliorum. Vocari igitur potest pia sollicitudo pro fratribus, vel, ut Paulus loquitur, Zelus pietatis, & Melanchton in defin. app. p. 92. Non nomino mendacia figuræ, quibus ex probabili causa aliquid tegitur, quod non necesse est dici, ut Raab negat speculatorum domini suæ esse. Tales figuræ nominantur officiosa mendacia. Idem Tome. I. op. p. 43. Tales occultationes aut elusiones non à vanitate ortæ, sed ut aliis profint, non sunt peccata, nec recte vocantur mendacia, sed figuræ potius & officiosa dissimulatio-nes, sic & figuræ voce apologetis & poemata docendi causa composita, que ab aliis mendacia vocantur, cum revera sint officiosa narrationes, quæ continent imagines & picturas, non ad nocendum excogitatas, sed ut significatio sit illultrior. Dicendum est: mendacium honoris alieni causa licitum esse, Quid? Num ne mentientis causa prolatum est admittendum? Certo respectu affirmatur, si v. g. insignem quis & grandem injuriam sibi suisque illatam, cum alia via non pateat, hoc falsiloquii medio non propulsat. Durrius in compend. Theol. moral. cap. 19. lib. 11. Quando autem quis vellet honoris sui augendi causa se vocare Doctorem, Noblemen, Comitem vel Principem, tali mendacio crimin falsi committeret, eoque nomine puniretur. l. 27. §. fin. ff. ad L. Cornel. de fals. TAB. VII. Accidit ut plurimum in Conviviis, ut Chores seu saltationes instituantur. Q. Num viro gravi vel Clerico chorea, que honoris causa sunt & vocari amant. Ehrendämme sint improbande? Et quamvis multi viri pii saltationes valde improbarint, ita ut Reinhard Lorichus Hadamarus d. Institut. Prin-  
cipem.

princip. pag. 206, scripsit: *Hic Ludus multorum dedecorum causa fuit.* Sepe ibi matrona dñi servitum decus perdidit. Sepe infelix virguncula didicit, quod melius ignorasse. Imo homini Christiano ac gravi eò magis prohibitas esse, quia instituuntur ad carnis titillationem, & ridiculam gesticulationem, prout Cœsar Scaliger dixisse fertur: *Se non vidisse maiores ineptias in orbe, quam saltationes; cui quilibet adstipularetur, hujus moris ignarus, quando mares simul & foeminas ad membranæ strepitum & chordæ sonitum videret manibus se invicem apprehendere, picarum & sumiarum instar exilire, tripludiare, capit, pedes & totum corpus jactare, gyros efficeret, curfu precipiti certare, in mutuos complexus ruere; nihil enim aliud in animum sibi posset inducere, quam hos omnes mente captos ac furoris quodam genere peculiari correptos esse Ludov.* Vives lib. 1. d. inf. fœm. Chriſt. Alphonsus Arragonia & Siciliæ Rex mulierem imprudentius saltantem videns, in hac prorupit verba: *Expectate: Sibilla edes oraculum. Sentiens infamia genus esse saltationem Panormitan. lib. 2. d. rebus gestis Apioni. Verum cum Brentio ad Marsib. 13. dicimus, quamvis multum mali ex choreis oriatur, & habeant non admodum obscura pericula, tamen per se non esse impias. Ac placet sententia B. Heideri in Systema moral. part. 2. scil. saltationes per se esse affectiones (actiones) àdīa Chœas, & moraliter, sine moderatione, & immoderatione, nec bonas, nec malas. Justas verò, si accesserit seu μετότης, seu ὡρότης, id est, si sint decoræ, verecundæ, graves, elegantes, modestæ; si à sobriis planâ luce bonorum in virorum & honestarum in Matronarum præsentia tempestivè certo cum modo, nec sine metu pánarum instituantur, jure meritoque probari posse. Ab his verò conditionibus si discedatur, quod plerumque fieri solet, id est, si saltationes hominum ebriorum utriusque sexus nocturnæ sint discursationes, & furiosa tripudia, & impudentissimæ corporum jactationes, amplexus, contrectationes, oscula tempore aliena, loco intempestiva, propter & saltatores ipsos, & spectatores minimè ferendas esse, & in primis quidem ab adolescentia, quæ somnis ad omnia flagitorum genera instar se habent, profligandas. Hisce præmissis concludendum est, chœreas mode-*



modestas viro pio non esse improbandas, cùm fides & charitas Christiani hominis saltando non deperdantur D. Luther. in postill. Eccles. 2. p. 5f. Epiph. & Rēx sapiens moneat, suum quoque tempus esse saltandi.

THES. VIII. Q. Num poculum honoris, ein Ehrentrunk? in alterius salutem sit licetum? Videtur primā fronte quod non, cùm ejusmodi poculum voluptatis causa institutum sequantur excessus, utpote violenta usus rationis privatio, quæ in profundam cadunt ebrietatem. Inde Poëta:

*Er res absurdas est, Et tali forma loquendi,  
Credere, pro alterius posse salute bibi.*

In primis cùm raro sit absque coactione, quæ nil inimicus est naturæ, ac ipsi bibentes sibi temperant; Ubi consummatæ fuerint epulæ inquit Ambrosius c. 12. & putet jam esse surgendum, tunc de interno potum instaurant suum, & cùm consummaverint, tunc inchire se dicunt: tunc deferuntur phialæ, tum maximi crateres, vasi instrumenta bellorum: ac ne immoderatum hoc arbitris, *venia certatur sub iudice, sub lege decernitur*, & quid multa? In dictum est Constitutionibus Imperialibus d. anno 1500. 1530. 1. g. Gail lib. 2. obf. 110. Hisce tamen non attentis assere licet: Poculum salutis in alterius honorem esse licitum, hoc est, salvâ pietate & officiorum regulis fieri posse; Quia convivia habere, res est universalis concessa, imo divinis praconii commendata, autorem L. qui *ouvre l'air* Protoplantis in paradiſo constituit, præ se ferens; Sanè gentes peculiares Nuptiarum, Natalium, Victoriarum, Memoriarum gratia convictus instituerunt, quos amoris & honoris congiuntiones esse voluerunt. Quando autem præsentes testandi honoris & conciliandæ invicem amicitiaz causa propinicatione reciproca utuntur, quis hoc ulli poterit vertere vitio? & quare non tertii, præsentis vel absensis saluti, vel memoriarum quid imputandi sit licentia? Imo jubet hoc pietas, ut v. g. Patroni proba fiat recordatio & cultus. Hinc dubiis supra positis facile potest satisfieri: Cùm ebrietas peccet in excessu, poculum Honoris non item; nec violentiam, quæ intercedit, probamus. Reducenda est Lex Carol. M. *Nemo partem suum vel quemlibet alterum ha-*

minem bibere cogit. Et quicunque in exercitu ebrinus inventus fuerit, excommunicetur, ut in bibendo sola aqua natum, quo usque se mala fecisse agnoscat. Et leges Imperii ad abusum bibendi referendam sunt videlicet in casib[us] cons[uetudine] 26.

### SECTIO III.

## LOCO HONORIS CAUSA OBSERVANDO.

### THESS. I.

**C**uius locus sibi debitus prior; in eundo, stando, sedendo, subscribendo ex legis vel statuti prescripto vel consuetudine aut privilegio competens honoris causa assignandus est. Digniores categoris preferendi sunt. Ita Idus in l. i. ff. d. alb. scribend. Silex, ait, cassar, tunc dignitates erunt spectande, ut scribantur eo ordine, quo quicunque maximo honore in municipio fuisse; & l. 6. ff. de sede Instrum. Semper Seniorum seniori, & ampliori honoris inferiori, & matrem feminam, & ingentiam libertino preferemus. & Calistratus in l. 5. ff. d[icit]ur, immunit. Semper in civitate nostra Seniorus venerabilis fuit, namque maiores nostri penè eundem honorem Scribibus, quem Magistratibus tribuebant.

THESS. II. Quoniam verò non æquæ apud omnes populos unus idemque locus honorem denotat, mos regionum observandus est. Apud TURCAS dignorem haberi locum finistrum, observavit Augerius Gissenius Busbequius, Imperatoris Ferdinandi ad Solimannum Legatus. Cujus rei causam afferunt illi, quodam partem gladius honester: & qui sit in parte dextra, quodammodo gladium habeat sub manu ejus, qui finistrum latus claudit; ille verò eum gestet liberum & expeditum. Apud AEGYPTIOS ad dextram locari Magnus est honos habitus, in medio verò maximus. Quod æquæ apud AFROS & ROMANOS observatum est. Alex ab Alex. l. 2. c. 19.

THESS. III. Primum ac honoratiorem locum inter omnes

RE-



Reges, quamvis æquè polleant maiestate, ob imperii antiquitatem & potentiam tacito omniū consensu obtinet IMPERATOR ROMANO GERMANICUS. Quod Alphonſus Arragonie & Neapoleos Rex, qui ab aſtentatoribus aulicis admonitus, ne dimiſſius, quām par eſſet, erga Fridericū Tertium, cū aliquando Neapolim veniſſet, ſe gereret, fassus dicitur: Vestrūm, inquit, non eſt judicare de Regibus. Nos Reges omnes debemus reverentiam Imperatori, tanquam Summo Regi. Ille caput & Dux Regum. Panormitan. in apophr. Alphonſi.

THES. IV. Et quamvis nemo hac tenus moverit Imperatori Germanico quaſionem praecedentia præter Turcam, qui quod in locum Constantinopolitanorum ſucceſſerit, procediam aucupatur, Cæſare ipsum autoritate præpollente; Honoris tamen pro Imperatore conservandi cauſa, & ne vel Turca vel Romanus glorietur de praecedentia, inter Legatos missos hac tenus obſervatum eſt, ut, ſi in finib⁹ Hungaria conueniant, porrectis dextris ſe invicem in orbem circumagant mutuāque ſalute dictā quilibet itineri ſuo iuſtit; quemadmodum ex relatione Legationis Cæſarea anno 1665. ad portam Ottomannicam appetat, ibi: Die Botschaffier wurden jen der von denen Commissarien geſtellt und gaben auf die Schritte und Tritte einer dem andern gar genaue Abſtellung ſo lange bis ſie zur mittlern Säule als dem Wechſelzield kamen/damit ja keiner weder ſeine hohē Obern weder ſeiner Gebührnis einiger maßen ihres vergeben möchten. Bey ihrer Zusammenkunft gaben ſie einander die Hände und verſügten ſich nach beſcheterer Gruß und Gegenbegrüßung ieder in ein fremdbdes Gebiete. vid. Räyſerl. Botschafft an die Ottomannische Pforte/wohlche auf Befehl Ihr. Römisch. Räyſerl. Maj. Leopold des I. Herz. Graff Leslie in Anno 1665. verrichtet.

THES. V. Reges primum præ Cardinalibus obtinere locum extra dubitationis aleam ponimus. Num autem Rex vel Regina, que imperium abdicavit, eadem gaudeat prærogativa, dubium alicui videri poſſet. Eximit vero illud Dn. Molken in pref. d. Conclavi. Vidi, inquit, nuper Christianam Reginam Sve-

vix in Sixti sacello, illa tamen non tam ibi, sed alibi peculiarem & honoratiorem occupabat locum, illa quoque in proprio conclave, cum visitaretur a Cardinalibus, primum tenebat: Sella etiam, cui insidebat, ex pretiosiori materia erat confecta, quam illa, quibus Cardinales utebantur.

THESS. VI. In Conventibus publicis si Princeps & aliorum Principum, qui in dubio illum precedunt, Legati concurrunt, praesenti Principi absentium legati honoris causa cedunt, inter se invicem tamen in loco tertio, quilibet Domini sui locum occupat, D. Praes. *in dissertat. d. Princip. German. Legat.* cap. 4. lib. 19. Ita cum anno 1653. in Comitiis Ratisbonensi- bus solus Electorum in ordine octavus Carolus Ludovicus, Comes Rheni Palatinus praesens esset, huic omnium reliquorum Legati cesserunt.

THESS. VII. Sane complimentorum seu ceremoniarum & istarum observantissimi sunt Principes, ac Legatus non debet esse ignarus aulae, quam aditus est, Marselaer *d. legat. lib. 1. dissert. 30.* Quenam autem curialia in Visitacionibus & Revisitacionibus observantur, & si Caesar ipse Principesque praesentes sint, quod moris in audiencia sit vid D. Praes. *l. 4. n. 16. 17.* ubi haec latius tractantur. Licer inter privatos minoris sit, primò adesse & in loco exspectare, Cruf. *d. iur. procd. p. 30.* Inter Reges tamen & Principes praecedentiae nota est, quod qui primus ad colloquium in loco convento sese sistit, primus haberi solet. Ita in congressibus Carol. V. Imperatoris & Clementis VII. Bononia habitis se Papa tanquam major (uti ipse putat) primi stitit. Limn. *rom. 2. l. 4. c. 9. v. 9.* Idem observatum Verovini anno 1598. cum Gallici Legati pacis ineunda gratia primi eò venerint, & Hispanos postremo venientes, primi visitaverint Thuan. *lib. 120.* Solet cautela in ejusmodi casibus, ne inter Magnates prejudicium fiat, adhiberi, ut uno eodemque tempore in diversis foribus aut portis locum conventus intrent. Sic Margarita Caroli V. mater, & Aloysia Francisci Galliarum Regis mater per diversas Cameraci portas ædes contiguas, ex quarum una in alteram aditus erat, ingrediebantur Guicciardin. *ib. 19.*

THESS. VIII. Catholicum non est illud Magistrorum cæremo-



remoniarum, uti vocant; *Quod quis in alterius fines colloquii & con-*  
*gressus ergo transire, minorem se altero profiteatur, & minor ad mago-*  
*rem sese conferat.* Exemplo *Fridericus III. Imperatoris*, qui se cum  
Imperatrice ad *Alphonsum Arragoniz Regem* anno 1452<sup>o</sup>  
contulit, aliud constat. Ita enim *Aeneas Sylvius in Histor. Friso-*  
*dericus II. pag. 82.* Postibec, inquit, *Cesar Alphoni Regis Arrago-*  
*nium multis precibus oneratus, ut Neapolim sese eam Imperatrice con-*  
*ferret, statutus tanto Regi morem gerere, quamvis id plurimi repre-*  
*benderint; quis Regem ad Imperatorem venire, si quid vellet, decen-*  
*tius existimabant.* At *Cesar irritatas voces habens, Avunculum*  
*sua conjugis contristari noluit, maximum & clarissimum Regem se-*  
*culi deus;* cuius egregia facinora totus orbis decantat: quem vir-  
etum fortuna vincere non potuit, sed contra ipsa vita est coattaque,  
Regi bene merenti, cui saepe nocuerat, demum familiare ejus benefac-  
tere. Neque latebat *Casarem*, saepe *Sigismundum* antecessorem suum,  
aliorum Regum hospitium visitasse: qui nunc *Gallorum, nunc Hispanorum*  
*Reges* adivit. In *Angliam* quoque, & in *Polonię* minores  
Reges accesserat, neque propriea sua dignitas minuta videbatur.  
Neque ambiguum est, priscos *Cesares* saepe minorum Principum la-  
res ingressos.

THESS. IX. Hactenus de loco honoratioř ratione perso-  
narum illustrium aliquid memorasse sufficiat. Personas Nobili-  
les quod concernit, quoniam sola virtus nobilitat, Doctoribus  
propria virtute conspicuis major honor tribuendus est. quam  
qui majorum suorum rebus gestis solū fulgent. Usu tamen  
venit, ut Doctores personis dignitate Doctorali non praeditis  
non preferantur, scilicet in Civitatibus Imperialibus Consulibus ac  
Syndicis non Doctoribus. Hæc tamen causa honoris, quæ ci-  
vilis est, non tollit naturalem; Ut proinde filius Doctor  
currentis cum patre, socero aliove qui patris loco est, præceden-  
tiā sibi arrogare nequeat *Cassian.* *catal. glori. min. part. 2. Cons.*  
16. Honoratioř tamē locus consideratur in actibus & causis  
publicis, in quibus reverentia naturalis non attenditur, *arg. 1.*  
*9. ff. qui sunt sui vel alieni. iur. 1. 14. ff. ad SC. Trebell.* unde *Gel-*  
*lius ib. 2. c. 2. in publicis locis,* inquit, *argue actionibus Parrum ju-*  
*racum sutorum, qui in Magistratu sunt, postea suis collata inter-*  
*quie-*  
*scit.* *arg. 1. 14. ff. ad SC. Trebell.* *Catal. glori. min. part. 2. Cons.*

qui silent & continent. Laudatur Iohannes Rex Hungariz, quod  
Ferdinando filio in publico congressu dextram concesserit; ma-  
le vero vertitur Celsi Venetorum Ducis Patri, quod filio recens  
renunciato, Duci assurgere, coramque eo caput detegere recu-  
saverit, ne patriam potestatem vilem facere cogeretur. Gotho-  
red. de praeced. p. 69.

THESS. X. Q. Quando frater, v.g. mercator, natu major, cum fra-  
tre, natu minore, Doctore, actum quendam publicum exercere debet,  
v.g. sororem in festivitate nuptiali publicè ad templum zur Traue  
dasscere; Num Seniori prior locus honoris causa concedendus sit?  
Pro natu majori facit, quod ille jure natura primas teneat ante fratrem Doctorem natu minorem, ita enim Chrysostomus in  
*Homil. 5. adversus Iudeos* Primogenitos, inquit, posterius genitis  
honorabiliores esse oportet. Sin autem consuetudo loci aliud  
velit, ea omnino observanda est; quemadmodum teste D. Ger-  
desio in diff. d. iure praeced. n. Facultas juridica Gryphisvalden-  
sis anno 1672. respondit: Dass bey vorseyndem specificirtest  
zu, da die beyden Brüder die Schwestern zur Trau füh-  
ren sollen/ungeachtet der ältere Bruder nur ein Rauffmau-  
ber jüngere aber eine graduire Person ist/dem ältesten die  
praecedenz und die Oberstelle für dem jüngern Bruder zu-  
stehe/und dass der Gradus oder sonst habende Dignität  
des jüngern für andern bey diesem actu, welcher unter ih-  
nen als Brüdern und nächsten Anverwandten zu verrich-  
ten/ nicht in consideration gezogen werden könne/ es weh-  
redenn erweislich/ dass durch eine alte und beständige  
Gewohnheit ein anderaumb zwar dass dem jüngern Brü-  
der/ wenn er an Ehren und Dignität den älteren übertref-  
fe/ in solchen actibus, da sie als Brüder beyde und keine in-  
termediæ personæ honoriores concurriren/ die Oberstelle  
und praecedenz gelassen werde/ introduciret sey/ auf wel-  
chen fall der jüngere Bruder sich seines Rechtens billig  
zu gebrauchen hätte V. R. W. Ita D. Praeses retulit, in nuptiis  
filia D. C. S. id accidisse, ut duo fratres literati natu major di-  
gnitate Doctorali non insignitus, cum fratre natu minori Ju-  
ris Doctore sororem sponsam ad templum deduxerit, majorque  
primi minori primum obtinuerit locum. Plura vid, apud Gothes.  
Crusium Gafsel, tratt. d. Precedent. jur.

Tu. XI.



Tu. XI. Q. Num filia nobilis alicuius nupta ignobilis amittat locum in curso, quem non nupta habebat præ reliquis faminis nata non nobilibus? Et quoniam in utramque partem non desunt rationes, ex que discussæ extant in eleganti quodam responso, quod consultus superiori anno dedit Ictissimus Dn. D. H. B. R. placuit illud heic inserere.

Die mir jügesfertigte Sache und Fall / darüber mein weniges Bedenken cum rationibus desiderariet wird / verhält sich folgender Gestalt. Nachdem in Fürstl. M. gnädigst publicirter Ordnung Tit. Von Rangk und Vorgang unserer Bedienten und derer von Adell. id. §. 15. nachgesetzte Versehung gelhan: Was aber das Adeliche Frauen-Zimmer betrifft; es seyn derer von Adel Weiber oder Töchter / dieselbe sollen allen denen vorgehen so keine von Adel / es seyn Frauen oder Jungfrauen/ ob schon deren Männer oder Väter vor seiner Männern oder Vätern der ushabenden Bedienungen halber die Präcedenz hätten. So hat sich neulichst begeben/ daß Herr J. S. der Deichten Doctor und Fürstl. Hoff-Advocatus eine geborene von Adel geheurathet / welche Kraft angeregter Verordnung von diesen des Herrn Canzlars Eheliebsten und Tochter umstetig vorgegangen / und begehrret dieselbe in ihigverehligten Stand aus eben diesem principio sich noch ferners dergleichen Rangs zugebrancken/welches doch des Herrn Canzlars Liebste zuzugeben nicht gemeiner ist/und dahero welche unter diesen beiden der andern mit Recht nach solcher Ordnung vorgehen befugt? die Frage entſteht:

Ob nun wohl vor des Hoffadvocaten Hn. D. J. S. Eheliebste nachfolgende Ursachen und Gründe konten angeführt werden/und zwar das die klaren Worte des bemelten i. ten §. auch von derer gebornen von Adel Töchtern redete / dergleichen sie Frau Doctor auch iho wehre und bliebe; Gestalt denn das Jus Patrium seines weges cassret/ dieweil diese Töchter sich verheurathet B. Franzk. ad L. Gallus de ub. & postu. i. m. tr. 3. n. 15. & seqq. B. Carpz. p. 2. n. 10. d. f. 3. Sendern sie ist und bleibt dessen ungeachtet eine geborene von Adel/wie sic sich denn auch annoch also ohne einiges Menschen Eintracht schreibt. Und wie

C

Wiewohl (2.) nunmehr sie ein Erbe eines der kein geborner den  
Adel ist also in dero Person zwey qualitates, eine geborne von Adel  
und doch eines so nicht von Adel Erbe zu seyn / concurriren /  
so heist es doch und scheinet allhier statt zu finden die gemeine und  
bekante Rechts-Lehre / quod quando in filiis vel filiabus concur-  
runt diversa qualitates, illa consideranda conditio, qua magis u-  
tilis filiis est, Goff. in c. extenore, qui fil. sinistri. Bald. in l. quis con-  
tra. C. de incest. nupt. Seph. Gratian. disc. forens. s. e. 977. n. 26. inf.  
Dass auch (3.) durch heurathen einer gebuhenen von Adel an ei-  
nen so dergleichen nicht ist / die nobilitas und prior qualitas keines  
weges verloren werde / scheinet nicht unklar zu bewehren Ludov.  
Roman. in l. cum quadam puerilla 19. ff. de Jurisdiction. Dessen as-  
herungseachtet halte salvo rectius S. J. Ich gänglich davor,  
dass auch stante dicta Ordinatione de præcedentia des Herrn  
Canglers Eheliebste der Rangk allerdings vor Hn. D. J. S. in-  
mehrigen Eheliebsten habe und behaupten könne. Sintemahl (1.)  
in dem vorhergehenden §. 12. klar versehen / dass in der Ordnung/  
Darinne die Männer stunden / eben denselben Rangk solten auch  
dero Weiber haben / wie es denn ohn dem auch Rechtens / dass den  
Weibern alle Dignität und Ehrbezeugung nach der Dignität  
und Würde ihrer Männer / und anders nicht zu wachse / es sey  
denn specialiter exceptio bewiesen oder begründet. Andr. Ti-  
raq. ad L. Connubial. 1. Goff. 1. part. 1. n. 18. ibi: Omnes suum honorem  
et dignitatem ex honore dignitatis virorum pendere: Vir enim uxori  
honor abitur nisi et apud homines maritus in honore et existimacione  
et preiis fuerit. Dass aber (2.) allhier keine exceptio pro Uxore  
Dn. D. J. S. begründet erscheint daher / weil der angezogene §. 15.  
von denen von Adel und von Adelichen Frauenzimmer redet / und  
pro ratione statutæ præcedentia den Adel gegen die so dergleis-  
chen nicht sind / mit sich führet. Nun aber ist bey denen bewer-  
theisten Rechtslehrern ausgemacht / quod si vir ignobilis ducat  
uxorem nobilem, per hujusmodi matrimonium & hæc ignobilis  
efficiatur text, expressus in l. sc̄mina. s. ibi: Parentes vero & minis di-  
gnitatem et splendorem tribuant, donec plebeji nuptiæ facient copulara  
et ingenua. 3. l. edicimus. 7. C. de murile. X. 11. Bart. in l. l. c. 5. ver-  
videndum est C. de dignitate Paul. de Castr. in l. ubi. C. de V. S. Et multi  
alii



alii relati ob Andr. Tiraqu. de nobilit. c. 18. n. 16. Quod adeo verum  
esse, ut siue a genere & nativitate, siue ex persona primi mariti no-  
bilis sit uxor, quae ignobili nubit, omnino tamen nobilitatem a-  
mittat, late dedit Anton. Faber. Codic. Lib. IX. tit. 29. def. 17.  
in tantum, ut quamvis uxoris alicujus nobilis, quae ipsa nobilis  
natu, putantis priorem maritum esse mortuum nubentisque ple-  
bejo, posterius hoc matrimonium sit nullum: tamen hic effectus  
maneat & ob ignobilitem putativi posterioris mariti ipsa no-  
bilitatem pristinam amittat, ut late defendere non dubitavit I-  
dem Ant. Fab. 1. 111. def. 28. *Za was (3.) noch mehr ist/ so wolte ich*  
*darfür halten/wenn gleich ihige Frau Doctorin S. hie nechst eine*  
*Wittibe würde/das sie doch / so lange sie in solchen Stande ver-*  
*bliebe/der Frau Camlerin und andern Weibern deren Männer*  
*vor Herr D. S. den Rang gehabt / keines weges vergienges*  
*quoniam nobilis virgo, nubens plebejo, etiam post hujus mariti*  
*mortem non recuperat ipso jure pristinum nobilitatis statum, nisi*  
*splendor ab Imperatore restitutur 1. Imperator ber. C. de nupt.*  
*l. 1. C. de sent. passis, Fritzius de Nobilitate Consol. 30. lit. d. Und*  
*daher kombts/ wenn dergleichen Wittibe/ so eine geborene von A-*  
*del und einer so keiner von Adel/ verheirathet gewesen / in solchen*  
*Ehestande oder auch als hernachmals Wittibe verstirbt / das*  
*Derselben nicht ut nobili , sondern ut ignobili succediret wird.*  
*Ita expressè præallegat, Faber. Cod. d. l. def. 17. num. 3. Facit porro*  
*pro confirmatione hujus sententia (4) ut, licet regulariter do-*  
*natio inter virum & uxorem non valeat , si tamen vir ignobilis*  
*uxori suæ antea nobili donare & eo animo dotem constituere*  
*constante matrimonio velit, in compensationem & remuneratio-*  
*nem nobilitatem, quam uxor ea ex illo matrimonio perdidit, omni-*  
*no valeat hac donatio. Bart. & Dd. int. si divorcio. de V. O. Ro-*  
*man. in l. 2. §. uit. Col. 1. verf. fallit, nisi maritus. ff. si cert. petar. S*  
*Consil. 445. Consultat præsens. col. 3. verf. Potest maritus. Lib. 2. Dies*  
*sem nach thut hierwieder nicht was oben in ration. Dubit. anges*  
*führt/Denn der ersten bereits per dec ration. Genüge gethan/ und*  
*folget keines weges die Frau D. S. bleibt eine si von Adel gebö-*  
*ten und eines von Adel Tochter/Ergo bleibt sie auch an sich nupti-*  
*is his non obstantibus eine von Adel und behält diesen splendo-*

rem & dignitatem; das Gegenthil erhellert ex alleg. l. feminis. s. ff.  
de Sen. ubi Senatoris filia nubens viliori manet quidē Senatoris  
filia, se. non ejus splendoris & Clarissima. Gleichwie auch die  
patria potestas alhier pro retinenda nobilitate nichts wircket/  
sonst würde folgen/dass ein adoptivus eines nobilis & ipse nobilis  
sey contra Doctrinam Tiraq. de nobis. s. XV. num. 6. Also ist auch/  
sonderlich heut zu Tage ganz ohne/dass nicht die väterliche Ge-  
walt bey einer Tochter durch deren Verheirathung etiam in foro  
communi, verleschen solte / ita Mevius ad ius Lubecense i. tit. 3.  
rubr. num. 25 quod in tantum procedit, ut ne quidem post mor-  
tem mariti reviviscat patria potestas laud. Mev. d. 7. num. 26. Ad  
(2) Resp. die angeführte Lehre ex Gloss. Bald. & Gratian. ist nicht  
univeralis, hat auch nicht stāt/wenn die eine und vornehmste  
qualitas schon erloschen und nulla ist/denn wie kan das in considera-  
tion kommen/ quod non amplius est? Endlich und was 3. die  
Lehre des Romani an allegirten Orthe betrifft/wird solche/ wi sie  
an sich singularis ist/ also auch von andern trefflichen Rechtsleha-  
tern nicht umbillig verworffen/ ita Tiraqu. de nob. c. 18. nam. 16. ibi  
Sed ille Romanus nō fallor fallitur. Ant. Fab. d. def. 17. num. 2.  
Fritz. d. nob. d. 1 r. d. Us welche mich geliebter Kürze bezogen/und  
nochmahlz darfū gehalten haben will/ es werde sich die Frau D.  
G. nicht besser schätzen/ als die Virginis des vornehmen Romisch.  
Patricii Auli Tochter/ de qua ita Livius Lib. X. Virginitam An's  
fiam Patriam Volumino Plebo nupiam, matrona facis pudicitia  
Patriciae arcuerunt, quoniam decesserit esse patricia, que plebejo nuperat.  
Wolste es R. R.

TH. XII. Causam honoris ad obtainendum dignorem lo-  
cum agitant etiam Ecclesiasticae personæ; in primis quando Cle-  
ri ac Sacerdotes Magistratus præferri intendunt. Ubi sanè  
Reipubl. forma, personæ ac actus distingvuntur. Alter in civi-  
tate, quæ in modum Aristocratie gubernatur, majorque Magi-  
stratus autoritas est; alter in Democratico regime præcedentia  
conceditur. Si personæ seculares gradib⁹ sunt ornata; Senatorib⁹  
præferuntur; Quandoque in actibus ecclesiasticis cedunt po-  
litici, cum hi alias anteferri soleant. Ceterum de quæstionib⁹ ob  
politische Personen den Geistlichen in Verrichtungen der Kir-  
chen



chen Sachen vorgehen sollen/welche und weil sie/die Politici, sonsten in fürnehmen Aemptern und denselben unterschiedenen Sätzen/ vid. Kesler in Theol. causum concient. cap. 45 Item: Obs recht sey und ohne Verleugnung des Gemissens geschehen könne/das man Predigern in publicis solennitatibꝫ ihre gebührende Ehren-Stelle/die sie und ihre Vorfäder von undenflichen Jahren gehabt entziehe/und andere Politicos, welche ihnen sonst in der Ordnung folgen/an ihre statt setz̄en? vid. Dedekenn. in thesaur. consil. theolog. vol. I. lct̄. 3.

TA. XIII. Medici Jatis locum honorificum seu primum non invenit, ipso medico Francisco Valeſio in Sacra Philosoph. c. 74 teste, & jure ipsis competere docent Lipsius orat. 8. Rodericus à Castro in medico politico lib. 1. c. 12. Benius d. privileg. Jurisconsul. lib. 3. c. 55. D. Gerhard. centur. quæst. politic. decad. 9. quæst. 6. D. Præses assert. d. Philautia cap. 3. Est tamen Medicus quoque honorandus, honorque ei debitus assignandus; Hinc Doctor Medicina in fessione, statione ac processione præferendus est Quæstori Electorali, nisi consuetudine contraria præcedentiam obtinere queat, Carpz. part. 2. de s. 10.

TA. XIV. In recensendis procedriz aribus nolo verbosior esse, cum plura videri possint apud D. Crusum in art. d. jure proœtrias. Jacob Gothofred. in Diatriba d. jure præcedenti. De Christiano Gastele stat. dignitas. & præcedentia Pontific. Imperatorum, Regum, Magn. Ducum Sc.

#### SECTIO IV.

DE

### TITULIS HONORIS CAUSA DA- RI SOLITIS.

THES. I.

Um in civili societate honor distingvat ordines studiataque dignitates, licitum omnino est honores ambire & impetratos gerere. Sunt ergo tituli Honoris in se non injusti: Honor enim Virtutis præmium est & comes. Inde non modò in Academi-

is auctoritate publica distribuuntur tituli: sed etiam in Aulis sa-  
pe prodeunt Ordinationes Aulicae. In Rec. Imp. Augustan. d. an-  
no 1500. mentio fit einer Ordnung der Titel halben/ wie ein jeder  
dem andern in seinem Stande schreiben soll. Posit quidem vi-  
deris, inquit D. Conringius in assertior. Jur. Moguntini in coronand.  
Regib. Romanor. contentio de re levii: & verò non est in ea salus  
Reipubl. collocata: attamen interest ipsius quoque reipubl. ut  
sua cuique dignitas, suum jus servetur, præsertim maximis Prin-  
cipibus; quod noceant ejusmodi injuria saltē exempli, & ini-  
qvum ferendo licentia impunitate quasi muniāt viam.

TH. II. Ob Honorem, quem in Orbe gerit omnium sum-  
mum, IMPERATOR vocatur Augustus ab augendo dictus, quod co-  
gnomen olim Octavianus, Julii Cæsaris successor assumit pri-  
mū: *Sacratissimus* ob magnitudinem majestatis & personæ  
dignitatem in l. pen. ff. aa SC. Tertull. l. 3. C. d. quadrienn.  
præscript. Nov. 47. c. I. Ejusque Constitutiones sacræ appellan-  
teur l. b. §. 2. ff. d. rer. divit. tis. C. de presop. sacr. cubic. Ipsique tri-  
buitur titulus *Majestatis*, quâ voce dignitatis magnitudo desi-  
gnatur l. 91. ff. d. hered. inst. rit. ff. & C. ad L. Ju'. Maj. l. 10. C. d.  
legib. Germani romanizantes hunc titulum honorificum Ger-  
manicis Imperatoribus in sua lingua attribuunt E. Maj. Quod  
vivente Carolo Magno obtigit, vid. *Privil. Brem. dat.* ac postmo-  
dum tempore Ludovici Pii Annal. Ful. Brovic. p. 22. Ottonis II.  
Hund. Metrop. p. 308. Frider I. & II. Lehman *Cronaca Sprens.* p.  
635. Rudolphi Habsburg. Limn. *in nor. ad lib.* 7. pag. 307. Romani  
suis Imperatores prædicarunt *Sanctos* vel *Sanctissimos*. Ita An-  
tonius, Alexander Severus, Valerianus alio hoc honoris titulo  
insigniti sunt l. 3. ff. d. natal. refit. l. 87. l. fin. ff. de legar. 2. Impera-  
tores tam antiqui quam novæ Romæ Invictissimi vocati sunt. vid.  
Sveton. in *Tiber.* c. 7. Germani Carol. M. Ludovicum Pium, Otto-  
nes aliosque, qui hodiernum prædecesserunt Imp. *Inviictissimos*,  
quasi jurisdictione cedere nescios, collaudarunt: non quod omni  
tempore tales fese exhibuerint, sed potius ob votum, quod Eos  
semper invictos esse vult. Limn. lib. 2. *Jur. publ. cap. 6. num. 10.*  
Imperatores à subditis nominati quoque sunt *Religiosissimi*, non  
eantum ob religionem erga Deum l. 2. ff. d. just. & *Jur.* quâ nihil  
cl-



clariori lumine præfulget in Principe l. 3. C. de Jum. Trinit. quam  
ratione religionis juris l. 6. 7. §. fin. ff. d. legat. 2. quæ non minus  
ac prior religio in Imperatoribus requiritur vid. pcam. Inst.  
Gloriosissimi, ob amplissimi imperii gloriam. Divi stylo ethnico  
magis quam Christiano Limn. a. iur. publ. Rom. Imper. lib. 2. c. 1.  
Dn. Rechenberg diffri. d. natur. & us. titul. apb. 3. §. 2.

TH. III. Hoc singulare est & praeminentia causa fit, quod  
Imperator nulli Regum tribuat titulum Majestatis, benè tamen  
ab Aliis tribuatur Imperatori. Rec. Imp. d. anno 1526. §. und sind  
der Churfürsten. R. Imp. Ratibon. d. anno 1577. §. und als die  
wolgeborene §. und aufgehaltene Londorp. lib. 1. p. 25. Sic anno  
1641. cum Comitiis ad Regem Galliæ scribendum esset, Status  
de Majestatis nomine subdubitantes Cæsar admonuit, stylum  
in Imperio receptum id non admittere: *Daß denen Kronen*  
*Frankreich und Spanien das predicatum Majestatis, weder*  
*conjunctum cum dignitate, noch divisim zu geben / sondern es bey*  
*dem alten stylo zu lassen / mit welchem solches nicht herkommen /*  
*sondern bisher allein eines Rönschen Käyssers oder Königs Ma-*  
*jestat im Reich agnosciret worden/ oportuitque omisso Majestatis*  
*vocabulo literis solium inseri, E. Königl Wurde. Limn. not. Frane.*  
*lib. 2. c. 6. Contra, Imperatori Reges attribuunt titulum Majesta-*  
*tis; Ita Sigismundus Polonia Rex ad Carol. V. scripsit: Facit*  
*Majestas vestra rem suā virtute & nostra in se observantiā dignam*  
*Reinking. d. regim. secul. & ecclesiast. lib. 1. class. 2. c. 7. num. 18. Ja-*  
*cobus Magnæ Britanniæ Rex in literis datis d. 2. Novembr. anno*  
*1621. Ferdinandum II. Cæsarez Majestatis titulo compellavit, &*  
*in subscriptione addidit: Majestatis vestræ frater amantissimus.*  
*Ludovicus XIII. Rex Galliæ hanc in Imperatore dignitatis præ-*  
*minentiam agnovid, dum Huic Rex in literis d. 7. Maj. anno 1628.*  
*ad Ferdinandum II. datis aliquoties titulum Majestatis tribuit,*  
*Limn. lib. 1. c. 7. n. 5. in fin.*

TH. IV. Quoniam apud omnes, vel saltem moratores,  
gentes receptum est, ut maritus illustris uxori suæ eundem digni-  
tatis gradum communicet, eaque maritali splendore coruscet, in-  
de Imperatoris Uxor ad exemplum Augusti Cæsaris *Augusta*, id  
est, veneranda nominatur.

THES.

TH. V. Imperatoreū seqvuntur REGES; Inter quos eminet Rex Germanus. In Germania designati Imperii successores Augusti titulo claruere, Aventin. lib. 4. Annal. Bjor. p. 382. placuit etiam Germanis Imperatorem perhibere semper Augustum, Regem Romanorum vero simpliciter Augustum Confusus. Frideric. de pace Confant. quæ tamen differentia non Friderici II. atque Trithem. in Chronic. Spanheim. pag. 273. legg. nec Ferdinandi fuit observata Recess. Imper. Spirens. d. anno 1542. in pr. R. Imp. d. anno 1557. Olim exteri Reges titulum Augusti sibi non arrogarunt, sed potius Imperatoribus in prærogativam relinquere voluerunt.

TH. VI. ELECTORES licet Reges nonsint, Regibus tamen equiparantur Warem. ab Ehrenberg d. faederib. lib. 1. c. 2. num. 147. & vocantur Edle Seulen Aur. Bull. iii. 3. pr. Grundfest und unbewegliche Seulen des Reichs A. B. it. 12. Mit welcher Hülfe der Gewalt Käyserl. Macht gestärket wird A. B. m. 5. uf welchen das Reich vornehmlich beruhet und bestehet Capitul. Ferdinand. II. Ein theil Käyserliches Leibes A. B. iii. 24. Die nächste Glieder Käyserlicher Majestät Rec. Imper. d. anno 1541. in pr. Die innerste Glieder des Reichs / Capitul. Leopold. §. 46. Tituli eorum, quibus insigniantur, sunt vel Ecclesiastici vel Politici. Moguntinus, Treuirensis & Coloniensis Electores & ArchiEpiscopi. olim vocabantur Reverendissimi in Christo Patres Ehrwürdige in Gott Vater R. I. d. anno 1356. in pr. postea Die Hochwürdigste in Gott Vater

TH. VII. Magni honoris signum est, quod Imperator Electores non solum Seculares ex illustrissimis familiis oriundos, Dheimen/ sed etiam Ecclesiasticos illustri non progenitos stirpe, Nepotes, liebe Neven und Thurnfürsten appelle. Cujus rationem in abdito latere scribit Heig. lib. 2. qu. 4. num. 62. Et Arumæus vol. 1. jur. publ. disc. q. memb. 1. in fin. profitetur, causæ nec ab aliis expiscari, nec proprio marte excogitare potuisse. Sed Freinsheimius d. S. Rom. Imperii Elector. & S. R. Eccles. Cardinalium præced. nt. diatrib. 3. n. 19. ad dignitatis Electoralis eminentiam referre non dubitat. Eximia enim dignitas, inquit, quia summam parit nobilitatem, quandam efficit cognationem cum



cum Imperatore aut Rege, qui nobilitatis omnis in suo regno fons  
& caput esse intelligitur. Igitur hodièque sic proceres suos Duces-  
que Rex Galliarum, licet ipsi non sunt coniuncti sanguine, vo-  
cat Cognatos suos. Eodem plane more, quo Persarum Reges pri-  
feciis temporibus, de quibus Brisoni de *Regno Persarum lib. 1.*  
& Freinsh. in *Curt. 33.14.* Nec aliter Constantiopolitani Cæsares,  
quos in patriciorum ordinem retulerant, *Parres Imperatoris* vo-  
cabant. *fin. C. d. consul. lib. 12. §. 4.* *Instit. quib. mod. ius patr. part.*  
*solv.* Quidam id singulari Imperatoris affectioni tribuunt, cum  
amor erga Nepotes vehementissimus esse soleat. Quid si cum D.  
Gerhard. *quæst. controv. injur. public. Rom. German. occurrent. Hex.*  
*6. qu. 5.* dicamus: quemadmodum nepos ex forore nobis dicitur,  
qui fororis nostræ filius est; eodem sensu ab imperatore, vel Im-  
perio, cuius foror quasi Ecclesia est; *arg. Nov. 6. pr. hujus au-*  
*tem filii, cum quadantem Ecclesiastici sint Electores, N. poterit hinc*  
*nomine appellari. Politicorum Electorū nomen Oheimē est agna-*  
*tionis cognitionisve nomen. Arum. l. e. Quemadmodum etiam*  
*Rex Galliz quemlibet Principem cognatum suum (seu cousin)*  
*appellat, quamvis sanguine ipsi non sit junctus, prout ex Loyseu*  
*des ordres cap. 7. n. 103. notat D. Feltman de titu. honor. lib. 2. cap. 18. n.*  
*18.* Quis imperatorum primus fuerit, qui Clericos Electores no-  
mine *Nepotis* dignatus fuerit, certe non constat. Alii Fridericum  
III. cognomento Pacificum id fecisse, in reformat. francof. d. anno  
1442. Bertram d. Comit. membr. 2 n. 10: Alii ante Fridericum id fa-  
cium dicunt, quoniam Sigismundus Imp. in dein notifications-  
Schreiben seiner Räyseil. Wahl/ Electorem Trevirensen ap-  
pellavit, seinen lieben Neven. Idem patet ex Recessu Norimber-  
gens. d. anno 1431. Josia Nolden d. stat. *Nobil. cap. 8. n. 47.* arbit-  
ratur, titulum hunc honoris causâ circiter Rupertii tempora, &  
post Auream Bullam totum fuisse excogitatum.

T H E S. VIII. Meminit Luther, *in discurs. menial. cap. 38.*  
quod Electores ad Reges scribentes utantur titulo E. Liebden/  
non E. Gnaden. Hodiernis moribus, cum alia forma titulorum  
sit ac priscis temporibus, & omnium Principum tituli creverint,  
pervenerintque ad summum, non in scholis, sed aulis & Cancella-  
riis

riis hoc discendum est. Id constat, quod ante pacifica tempora Elec-  
tores Regis exteris titulum Majestatis non tribuerint, sed E. R. S.  
nigliche Würde. Idem titulus Gustavo Adolpho Regi Svecia ab E-  
lectoribus datus, cum male Eum haberet, ita rescripsit: Vestrū  
ad literas nostras superiori anno responsum accepimus, quod, ut  
resignaremus, et si primo intuitu vix in animum inducere protui-  
mus, propterea quod nobis titulus (Majestatis) à solo Deo &  
majoribus nostris acceptus non tribuatur: tamen illud hac con-  
ditione reservavimus, ne hujusmodi in posterum præjudicis a-  
amicitia nostra violetur. Electores ita se ex cufarunt: Serenissime  
Rex, et si in literis nostris quoad titulū aliquid defuerit, id tua Ma-  
jestas non ex animo alienato, & qui ipsius honoris aliquid detra-  
here cupiat, sed ex usu & consuetudine, quam etiam erga alios  
observamus. Reges, profectum esse sibi persuadeat Limn. in notes  
ad lib. 3. c. 2

TH. IX. Duces ac Principes hodie vocantur *Califfissimi*, *Serenissimi*  
ac *potentissimi*, prout demonstrat Goldastus in *act. publ. p. 197.* Hoch-  
geborene Durchlauchtig, imò Durchlauchtigst; Comites Illustrissimi,  
Wolgeborn vel uti hodierno cessit seculo Hochgeboren  
Barones illustris Generosissimi Wolgeborn dicuntur. Hic plurimū  
interest, scripturientis nosse stylū, ut vocant, curiae, ne circa titulos  
Personarum illustri hallucinetur. Benè Gramondus *Histor. Gal. 1.*  
*p. 30.* Multum, inquit, interest, Principem inter & privatum. Ille ad  
famā omnia dirigit, hic continetur modicis: quod vitium huic, sa-  
pē illi virtus: quod homini privato superbia, Principi Magna-  
nimitas est. Et si titulatura uti vocant, examissim non fuerit ob-  
servata, solent literæ non resignata remitti: prout anno 1561.  
fecerunt Principes Protestantes, cum ipsis à Pontifice mitterentur  
literæ cum inscriptione ad singulos simili: *Dilecto filio, nobili*  
*viro, Duci aut Comiti Thuan.* lib. 28. pag. 545. Olim Dukes ac  
comites suisse dictos Spectabiles: Barones verò Nobiles, Honora-  
biles, Illustris, Generosos: vid. Clotz, *dissert. de titulis honoris. c.*  
*6. 7. 8.* Hodie alia titulorum figura est planè quod stylus Curiae  
quemlibet edocet.

THE S. X. Priusquam longius abeamus, advertendum ve-  
nit, quod honoris à Deo sibi concessi declarandi ergo Principes  
utantur



utantur numero plurali, Nos Dei gratia, non Ego; neque  
hoc ullo modo ad vanitatis vel superbiae, sed autoritatis &  
modestiae argumentum referendum est. D. Geisler, *dissert.*  
*d. titulo: Nos Dei Gratia, part. prior, thes. 18.* obrationes lib. 19. &  
seqq. aductas. Princeps isto titulo nihil singularis potestatis sibi  
adscribere videtur Lindenberg *tr. d. numeror. princip. mysterio p. 5. 6.*  
& Princeps bonus Tyrannidis speciem effugit, si potestatem cum  
aliis communem se habere fatetur. Erasm. *d. confess. epist. p. 65.*  
ac Princeps non solum propriæ, sed etiam, (uti loquitur Lipsius  
lib. 4. *polst. c. 2. §. 2. in marg.*) mutuatia sapientiae aliquid tribuit,  
cum Imperantes à Deo habeant characterem; illudque Nos de-  
notet magnitudinem. D. Beckman *in notis, dignit. illustr. dissert. 1. c.*  
*3. §. 6.* facitque ad amplificationem dignitatis & honoris. Idem  
*c. 1.* quia Princeps cum aliis hominibus comparatus ratione meri-  
torum multos æquat, et si *unus* sit, tamen *plures*, imò totum popu-  
lum repräsentat. D. Feltman *Traß. d. titul. honoris. c. 57. §. 2.* imò  
titulus: *De gratia*: Princeps Imperii immediatos apertius distin-  
guit à ceteris, qui sunt Mediati & Subordinati aliis *Id. lib. 87.* My-  
lerus *d. Princip. & stat. imper. german. part. 1. c. 30.*

TH. XI. Notabile est, quod quandoq; Superior vocet inferiorem  
Dominum clementem: cuius meminit D. Eiben *in Elett. fendl. c. 2.*  
*§. 13.* aus der Hochgräfl. Stollbergisch. Deduction wegen  
Königstein &c. in Beylagen num. 33. & seq. ubi Dominus Va-  
fallum vocat seinen gnädigen Herrn/ quod etiam refert Dn.  
Rhet. *comment.* in lib. 1. *jur. feudal.* n. 8. *in fin.* p. 127. De Titulo Ex-  
cellentiae; & qualis controversia inter Electorum & Aliorum Prin-  
cipium Legatos fuerit, vid. D. Praeses *in dissert. d. Princip. Legat. c. 5.*  
Ceterum status Imperii vel alij se scribens: unterthänig eo ipso  
se subditum alterius non profitetur, quia verba civilitatis non ob-  
ligant, vid. Limnae *jur. publ.* lib. 4. cap. 9. 101. Idem lib. 4. c. 6. n. 70.  
*in fin.*

TH. XII. De Titulis personarum non illustrium, non est, quod  
multa dicamus, cum isti valeant, sicut nummi, & usu addiscen-  
di sint. Res autem eò devenit, ut intermissa titulatura no-  
viori, retentâq; veteri actionem instituere contra scribentes non  
nulli non erubescant. Ita crevit vanitatis gerg, *Tumultus*, à quo  
toto

oto pectore abhorent viri cordati; quod enim facias ei, qui in proximo trans Rhenum rure ignotus & tamen audit Clarissimus,

*Quam multum vanires - eatatis habet.*  
conferatur Mundi lapis lydius, sive vanitas per veritatem falsi accusata & convicta, opera Anton. à Burgundia edita, Add.D. Præses in privilegio ad Galazium f.d. mor. elegant. p.138. n. 1.

## SECTIO V.

DE

# IN SIGNIBUS AC ORNAMENTIS HONORIS CAUSA CONCESSIS.

## THESS. I.

**I**n signia, quæ nihil aliud sunt, quam infallibile virtutis testimonium, bona mentis indicium, claritatis & honoris tessera, Draco d. orig. & jur. armor. adinventata sunt, ut virtuti tum bellicæ tum togata suum extet premium. Nec tamen cuivis indiscriminatum armac insignia conceduntur, sed honoris causa iis, quos virtus nobilitat; nec propria autoritate quis insignia usurpare valet, sed Imperator aliusve Superiorem Deo & gladio non recognoscens ea concedit, vel immediate, ut quando nobilitate, simulque armis quem donat, vel sine nobilitatis collatione privilegium armorum aliqui concedit. *Einen Wappen Brief: vel mediate per comites Palatinos. Draco d. l. Hinc Pulchre Polyb. 5400 nes inquit, excitant ac provocant ad pericula subienda. Cum enim occasio se dat, aliqui eorum fortiter & animose fecerunt, convocans Imperator in cionem omnes copias & circumponens sibi eos, qui Autores egregii factioris, primum quidem laudes eorum ediderit, & super hoc f. Et, & si quid aliud in omni vita gesserint laude & memoria dignum: post hac ei quidem, qui hostem percusserit, hanc donat: qui vero decesserit & spolaverit, pediri quidem phialam: equiti phaleras &c.*

THESS. II. Non autem sola virtus militaris causa impellens est insignium astimendorum, sed & aliae plures, uti sunt: Officium, quemadmodum Electores seculares ea, quæ Imperator preferunt, insignia clypeis suis exposita habent. *Benemerita; uti Imperator*

Maxi-



Maximilianus I. Erico Seniori Brunsvicensium Duci, duodecies  
in acie stanti & Imperatori fidelem operam contra Turcas, Gal-  
los aliosque præbenti avitis insignibus auream stellam adjecit,  
quaæ adhuc in Brunsvicensium Ducum clypeo tulget. *Religio*, vera  
sit falsa. Sic Colonenses Magorum corpora accepisti glorian-  
turi: hinc eorum insignia mutata sunt in *tres coronas* ad designan-  
dum, tres sanctos Magos ab oriente venientes ac domini Servato-  
ris nostri nativitatem coentes ab iis detineri. Lehmann *Chronic.*  
*Spirens. Nominum convenientia*, uti *Familia Henniebergensis gallinæ*  
habuit nigram Bernates in Helvetia ursum pro insigni gerunt, &  
putant Bernam die *Stadt Bern* nomē accepisse ab urso, qui pri-  
mus comiti orbem conditio occurserit. Limn. *lb. 6. c. 6. n. 17. ex*  
*Chronic. Helver. lb. 7. c. 30. Eruditio*: sic Bartolus Ictus, ab Imperatore  
pro insignibus accepit leonem *purpureum* cum bici-  
piti cauda in campo aurato, ad designandam ejus virtu-  
tem & eruditionem. Jovius in *eleg. vir. actor.* Alii tamen, inter  
quos est Limnaeus *lb. 6. Jur. Publ. e. 10. n. 41.* Baldo à Carolo IV.  
horum insignium usum concepsum esse autuant. Nobiliss. D.  
Bechman *dissent. de insignibus* *lb. 5b.*

THES. III. Partes insignium, præeunte Limnae, recenset D.  
Bechman in *notis dignitar. illustrum dissentet.* *6. cap. 3. lb. 2.* scilicet  
I. Scutum seu campum, cui insignia inhærent. II. Emblemata, h.  
figuras atque colores scuto adhærentes III. Galeam. IV. Clin-  
odia, ornatis causa Galeis adjecta; & V. Sustentacula, quaæ insigne  
sustinent ac fulciunt,

THES. IV. Solent autem Imperatores hodie jus donandæ in  
galea corona sibi ferè solis reservare, nec Comitibus Palatinis  
concedere, quemadmodum verba diplomatis Casarei refert Dra-  
co. *c. 1. lb. 4.* Doch sol genanter D. S. sein fleißig auffsehen  
haben. Dass er in Kraft dieser unser Bäyerlichen freyheit  
und Gnad unsern Bäyerlichen und Königlichen Adler/  
auch anderer Fürsten/ Grafen oder Freyherren/ alterblich  
Wappen und Kleinodt/ auch iemand's/ wer der were/ eine  
oder mehr Königlichen Kronen/ auff dem Helm nicht ver-  
leihe/ welches wir uns hiermit vorbehalten haben wol-  
len.

D 3. *notis dignitar. illustrum dissentet.* THES.

THESS. V. Imperium nostrum Rōmano-Gērmanicum gerit Aquilam, eamque Bicipitem. Hanc, inquit D. Beccan d. notit. dignitat. diss. 6. lib. 4. Prisci Romanorum Reges amavere, posteri in Republica liberā amplexi sunt & secuti, tandem Imperatores ad nostram usque àtatem propagarunt. Ratio videtur in Aquila robore, magnitudine corporis, volatu sublimi ac celeri, acri- moniā vifūs, prudentiā praterē & animi magritudine querenda esse, ut veluti Aquila istis, sic Romani similibus donis eminere censendi sint. Eandem posteri Bicipitem volvere, seu potius duas Aquilas expansis alis sibi dorsa jungentes, forte in designationem Bicipitis Imperii Orientalis & Occidentalis. Alii tamen existimant aquila Imperii insigne licet sub uno corpore duo capita habeat, fīsam tamen esse aquila imaginem à Caroli M. Germanorum & Nicephori Græcorum Impp. conventione, vid. Limnæ. lib. 4.

THESS. VI. Regis Romanorum insignia non bicipitis, sed simplicis ac conservata aquila figura efformata sunt. Cūm enim Rex Romanorū Imperatorem superiore agnoscat, est, quod Rex electus in insignibus & sigillis aquilam simplicem dextro saltē capite prominentem, Imperator verò coronatam bicipitem gerat. Limnæ. lib.

THESS. VII. Electorum Ecclesiasticorum insignia variant. Primi s. Moguntini est Rota ex dispositione Willegis, Primi Electoris Moguntinensis dispositione. Hic enim cursus ex patre Rhedario ex pago Saxoniz Schöningen esset, multis locis sibi rotam depictam conditionis sua memor modestissime proposuit cum hac inscriptione: Willegis, Willegis, recole, unde osneris. Archiepiscopi Trevirensis insigne est crux rabea aureo in vellere. Electoris Coloniensis insigne est crux respectu Archiepiscopatus. Secularium Electorum insignia sunt: Regis Bohemia Aquila fusca s. nigra, quam Fidericus I. in leonem fulvum bifurcata cauda in clypeo albi coloris mutavit, & in signum Archipincernatus ungui dextro caliceum quoque aureum imposuit. Gold. d. Regn. Bohem. lib. 3. c. 4. Electoris Bavariae insignia sunt pomum aureum in orbis formā. Electoris Sexonia duo gladii stricti vel decussatum compositi. Unde Albin. inquit: Der Chur Sachsen Wapen ist eine Fahne so oben schwarz und unten weiß darinnen zwey rothe Schwert

über-



überschreitet. Elector Palatinus iisdem gaudet partibus cum  
Domo Bavaria ratione Electoratus in Instrumento Pacis West-  
phal. Ognabrug. Ipsi restituti. De reliquorum Ducum Princi-  
pum Comitum ac Dominorum, insignibus, scutis, coloribus,  
figuris, galeis & aliis ad hanc rem spectantibus cum opus Dn. D.  
Spenerus editurus sit, plura tum percipi poterunt.

THES. VIII. Ornamentahonorifica, cuiusmodi sunt vesti-  
tus honoris ergo concessus, Torques, Armilles, Annulis, Cingula  
etque genus alia quod attinet, concilianda venerationi Ma-  
gnatibus opus est splendidioribus ornamentis; siquidem vulgus  
magnorum operum non alios capaces putat, quam quos eximia  
specie donatos videt. D. Bezman d. l. cap. x. lib. i. juxta proverbium:  
*Hunc homines decorant, quem vestimenta decorant.* De Ludovic XI. Galliarum Rege, Cominae: lib. 2. n. scribit: *Ludovicus brevi-  
bus uebat vestimentis, et adeo neglebat, ut nihil supra Pileum gesta-  
bat diversum ab aliis. Et hinc offixa erat imago plumbea.* Hanc tenui-  
tatem ridebam Hispani, et per somnia tribuebant. Imò non ipsum so-  
lum Princeps, sed etiam ipsius ministros decet, in Principis hono-  
rem ornatiores incedere, non sicuti alii inferioris ordinis homi-  
nes Perez, adist. C.d. vestir. holoser.

THES. IX. Acta Comitorum testantur Maximilianum I.  
singulis Principum ordinibus certum & distinctum vestitum anno  
1594. præscriptissime, eosque illo usos fuisse. Ein Herzoglich  
Kleid war ein rother atlaser Mantel/durch ab/biß auf den  
Fuß/ zu einer Seiten offen/ mit Lassaz unterfüttert und ob-  
en daran ein übergelegt Goller von Lassaz/biß auf die Ach-  
sel: und unter demselben Mantel ein rother Rock nach ge-  
fallen/ der auch an der Seiten/ da der Mantel offen/ ge-  
ziert nach Belieben. Item/ auf dem Haubt ein rother atlas-  
ser Herzogz hut mit Lassaz überstülpet/ einen zweyen Hand-  
breide. Der Landgrafen Kleid war ein brauner Damas-  
caner Mantel/ durchaus biss anß den Fuß zu einer Seiten of-  
fen/ gefüttert von grauen Sehe/ und mit einer umgelegten  
Goller von grauen Sehe/biß auf die Achsel: Der hut von brau-  
nen Damast/ forn mit einer sehe Auffschlag/wie die mardern  
Haube gemeiniglich getragen werde. Der Marggrafe Klei-  
dung

dung war ein brauner Damascener Mantel in die längte /  
wie jetzt gesagt mit Bundwerck / Scherwane genant gefüt-  
tert / mit einem Goller oder Überschlag desselbigen Bundz-  
wercks bis auf die Achsel den Hut auch von brauner Da-  
massa / dessen Überschlag fein von Bundwerck / der Erzbis-  
chofliche Habit war ein langer Mantel von Rosen far-  
ben / von beiden Seiten offen / mit lassaz gefüttert und ei-  
ner Rappen auf der Achsel / alsdem dergleichen Prälaten  
zu tragen pflegen / und die zugehören auch mit lassaz ge-  
füttert. Die Bischoffe / so färtlich Land und Leute : als  
Bamberg / Würzburg &c. trugen lange braune Röcke  
mit grauen Sehe gefüttert / und eine Kappe um den Hals /  
auch mit grauen Sehe gefüttert. Die gemeine Bischofe  
trugen braune Röcke von Bundwerck oder Scherwane  
nen gefüttert / wie auch die Rappen Linneæ. ad lib. 4. jur.  
publ. c. 7. n. 23. Electorum Ecclesiasticorum vestitus in solenni-  
curia est toga ex panno coccineo rubro, pellibus ex albo &  
nigro variegatis, quas heomelinus vocant, suffulta & praetexta : pi-  
leus quoque ejusdem coloris panno pellibusque variegatis prae-  
textus. Electorum secularium vestitus in solenni curia est pa-  
ludamentum holosericum rubrum, pellibus heomelinis sufful-  
ta & praetexta, pileusque ejusdem materie, coloris ac praetextarum. D. Struve d. eo quod iustum est circa vestit. civum. Reli-  
quorum ordinum quis vestitus sit postus ipsa Reformatio politica  
Imperii anno 1577. tit. 3. & seqq. sigillatim enarrat.

TH. X. Quānam vestis Comitibus & Baronib⁹ prohibita sit, vid. Re-  
form. Polit. d. anno 1577. tit. 13. Uxoribus tamen Comitum & Baro-  
num conceditur vestibus suis aureas argenteas paragaudas ad-  
jungere; integra tamen vestis ipsi interdicta d. Reform. pols. d.  
1. Inter Nobiles distinguitur, an sint Nobiles tantum, an simul  
equites. Illis certa sericorum vestimentorum genera interdicta  
Ref. pols. tit. 1. uxoribus tamen eorum laxior potestas concedi-  
tur, daß sie mögen vier seidene Röcke machenlassen / einen  
von Sammet / die übrigen deren von Damast oder der  
gleichen seiden Röcke / Nobiles vero qui equites sunt, splen-  
didio-



didiori vestitu utuntur, & etiam thorace aureo ipsisuti licet.

THES. XI. *Doctores* in vestium determinatione eodem gradu constituuntur, ut eorum melior sit conditio, quam Nobilium, qui Equites non sunt, quod patet ex Recess. d. anno 1500. rubr. von Übermäßigkeit der Bleider / ubi disponitur: Die von Adel so Ritter oder Doctores sind/ sollen kein Goldenstück tragen / doch sol es ihnen zu Wämbsern zu tragen univerbothen seyn/ Reform. Polit. tit. von Doctoren. Desgleichen sollen und mögen die Doctores und ihre Weiber / auch Bleider/Geschmuck und Ketten/guldene Ringe und anders ihrem Stande und Freyheit gemäß/ tragen. Licentiati quoque Doctorum privilegiis gaudent, Ordinat. Regiment. d. anno 1500. rubr. wie zwanzig Personen in das Regiment genommen sind in fin. ubi dicitur: Die andern sechs - Personen / die von Bitterschafft/ Doctoren oder Licentiaten &c.

THES. XII. Leges sumptuariae in Germania nostra, in qua luxus valde invaluit, necessaria sunt. A ferico perventum est ad aureas & argenteas veste; ab his ad texta serica, qua margarite & varii operis lapilli implent per suos colores distributi. Quid catenas dicam & gemmea cingula, & adamantinas fibulas, & bina ternaque patrimonia mulierum auribus pendentia? Digna Principibus imò necessaria cura foret, providere, ne dites familias, aut claritudine insignes studio magnificentia prolabantur. Sed opinor ex assolorum inopia securitatem fibiconciliari pervasum esse principibus ait Forstner, *ad lib. 3. Annal. Tassit. p. 495. add. Lansij oratio pro Germania.*

## SECTIO VI.

D<sup>e</sup>s

## OFFICIIS HONORIS CAUSA DEFERENDIS ET PRÆSTANDIS.

THES. I.

Officia (prout hæc vocula notat munus) sèpiùs magis honoris quam proventuum causa conceduntur & peraguntur. Solent autem in delatione ejusmodi offi.

E

officiorum honorificorum quandoque attendi bene merita  
Majorum, quandoque familie, quibus non auferendi sunt hono-  
res. De Comitum veterum liberis attestatur Capitulum Caroli  
Calvi apud Mireum in annal. belg. anno 877. hunc in modum:  
*Si Comes de regno obierit, cuius filius nobiscum, filius noster ordinet de his,*  
*qui eidem Comiti plus familiares, propinquiores fuerint, qui cum mi-  
nisterialibus ipsius Comitatus & cum Episcopo, in eius parochia fuerit*  
*ipse Comitatu*s*, ipsum comitatum praevidant, sive regant, usque dum*  
*nobis renuncietur, ut filium illius, qui nobiscum erit, de honoribus illius*  
*honoremus.*

THES. II. Achodienum honorifica officia deferi iis, quo-  
rum prædecessores de republica bene meriti sunt, ex actis Circu-  
lorum imprimis patescit; prout in Duce f. Praefecto Circuli des  
Krayß Obristentalis reflexhaberi solet. Exempli loco Potentis-  
simum Saxoniae Electoris in Circulo Saxoniae Superioris, qui anno  
1658. tanquam paternæ virtutis heres ab ordinibus fuit electus,  
D. Praes in Schediasm. d. Conventib. Circulorum cap. 4. n. 11. ad-  
ducit.

TH. III. Sunt præterea in Germanico Imperio officia honori-  
fica, quæ certis personis ac familiis conceduntur. Sic ELECTORES S.  
R. IMPERII in Curia solenni officia quadam honoris causa præstant  
atque Imperatori exhibent. Olim ista non erant hereditaria  
certiſve familiis connexa, sed ambulatoria, D. Conring, *dissert. d.*  
*officialib. Imp. Rom. Germ. lib. 12.* Notabilis locus est apud Witt-  
chindum lib. 2. Annal. sub init. ubiis Ottonis Magni inaugura-  
tionem coronationemque ac dehinc solenne convivium descri-  
bit. Divina deinde, ait, laude dictæ sacrificiique solenniter celebrato  
descendebat Rex ad palatium, ac accedens ad mensam marmoream re-  
gio apparatu ornata resedit cum Pontificibus & omni populo: Dux  
vero ministrabant: Lothariorum Dux, Giselbertus, ad cuius potestare  
locus ille pertinebat, omnia procurabat: Everhardus mensa præparat;  
Heuimannus Franco Pincernis: Arnulphus equeſtri Ordini & eligen-  
di locandisq; caſtris præparat &c. Ac memorabilis est descriptio  
solennitatis Paschalis ab Ottone III. in Quedlinburg celebrata  
e veteri historia Ditmari Mersburgensis. lib. 4. Chron. cuius hac  
sunt verba: *Quatuor ministrabant Duxes: Henricus (Bavarie)*  
*Dux)*



Dux ad mensam: *Conradus (Franconie) ad Cameram: Heil (Palatinus) ad Cellarium, Bernhardus (Saxonie) equis praesuit.* Postmodum officia isthac hereditaria esse sunt, & quantum ex Arnolodi Lubecensis lib. 3. c. 9. constat, factum id est a Friderico Barbarossa, regia Dignitatis Majestatisque Imperatoris studiosissimo, qui devicto Duce Henrico Leone alia ad Imperii honorem pertinencia reduxit, ut hanc quoque officia revocasse in usum videatur,  
D. Conring. c. 1. th. 14.

THES. IV. Officia Electorum Ecclesiasticorum in tali curia sunt haec, ut, quotquot adsunt, sigilla & typaria imperialia sive regalia in solenni processione super argenteo baculo suspensa gerant, & ante Imperatorem vel Regem Romanorum in mensam ponant; qua tamen ipsis Rex seu Imperator statim reddit, & ei in cuius ArchiCancellariatu aula celebratur, majus sigillum collo appendit, quod ad finem cceru & usque dum in hospitium suum redit, portare debet D. Gothofr. a Jenâ de electione. Imper. dicitur. 5. Ingresso Imperatore vel Rege Roman. ad mensam Electores Ecclesiastici benedictionem tam ante mensam, quam in gratiis post cibum acceptum agendis dicere jubentur servato ordine in Aur. Bull. cap. 23. praescripto. Et ut se invicem honore condigno & decenti præveniant, & exemplum aliis præbeant invicem honorandi, quem circa præmissa ordo tetigerit ad haec, alterum convivientia & caritativa inclinatione invitet, & tunc denum ad præmissa procedat, seu quolibet (in d. c. 23.) præmissorum.

THES. V. Quamprimum Imperator vel Rex Rom. solium preparatum ascendit, Electores Seculares sua peragunt officia. Et quidem primo loco in Aur. B. tit. 27. ELECTOR SAXONIE nominatur, non quidem ratione dignitatis, sed quia commode ante ceteros Collegas officium suum peragit. Est autem officium Ejus, seu Archimarschalli, avenam distribuere, nempe ut equo cui insidet in acervum avenam ad pectus usque adacto, in manu habeat baculum argenteum & mensuram argenteam, simul duodecim marcas argenti in pondere facientes, ac mensuram avena plenam primitus venienti famulo ministret, ac postea baculum in avenam figens recedat. Tumque ipsius ViceMarschallus de Pappenheim, aut eo absente, Marschallus Curie avenam istam di-

atribuere debet. Rumelin ad A. B. p. 3. d. ff. 3. Schutz d. vicarii  
rat. concil. 24. lit. c. Carpzov. ad L. Reg. Germ. e. 10. f. 6. num. 28.  
Secundo loco in A. B. venit Elector BRANDENBURGICUS, estq; AR-  
CHICAMERARIUS, & in processionibus Imperialibus sceptrum  
præfert. Ejus subofficialis est Comes principali dignitate præful-  
gens, **Gefürsteter Graf von Hohenzollern** Is equo intrat cu-  
limam, indeque malluvium argenteum cum guttunio portat in  
curiam, idque ab equo descendens ad lavandum Imperatori seu  
Regi Rom. præbet: tenent reliqui Seculares mantile. Suboffi-  
ciarius malluvium & guttunium sibi cum equo habet. Petr. d.  
Andlo lib. 2. d. Imp. Rom. c. 15. Quando vero Elector Brande-  
burgensis ipse præsens non est, an tunc Legati Ejus vel heredita-  
rius Imperii vice Camerarius sceptrum Regi electo præferre de-  
beat, lege ea, quæ anno 1655, in coronatione Ferdinandi IV.  
Brandenburgenses protestando Imperatori & Directorio Mogun-  
tino exhibuerunt, apud Limnaeum tom. 5. addit. ad lib. 3. cap. 7. n.  
74. Tertio loco in aurea bulla ponitur Elector PALATINUS, verum  
cum dignitas Electoralis anno 1623. Friderico V. Palatino ademta  
cum omnibus annexis juribus in Maximilianum Bavaram trans-  
lata, eademque in Instrumento Pacis art. 4. confirmata, & Octavus  
Electoratus institutus esset, controversia orta est, num Archi Da-  
piferatus officium Palatino esset ereptum, que peculiariter quadam  
transactione sopita, atque hoc officium Bayaro à Palatino cessum  
est, vid. Theat. Europe. ad annum 1651. Autor der volgegründ-  
eten Abfestigung der Chur Bayerischen freuen Anzeige  
wegen des Vicariats pag. 50. Est itaque hodie Bavarus Archi-  
Dapifer, cuius officium est, ut ipse equo intrans, & quatuor scutellæ,  
(quarum qualibet habet tres marcas argenti) cibis im-  
pletas manibus tenens, ac ab equo descendens, ante Imperato-  
rem vel Reg. Rom. in mensam ponere debeat. Ubi eum expe-  
stat ViceMarschallus, & cum baculo præxit. In solennibus pro-  
cessionibus pomum imperiale gestat. Ejus Vicarius est Co-  
mes de Zeil, qui patinas argenteas cum equo similiiter sibi vendi-  
cat. Elector PALATINUS est ArchiTheaurarius in processione so-  
lemni gestat coronam, inque solennibus conventibus projectonis  
pecunia facit initium. Ejus Vicarius est Comes de Sinzendorff.

In



In actu coronationis Regis Romanorum, *Ferdinandi IV. Elector Palatinus* equitans, una cum Vicariis suis hereditariis, auream & argenteam monetam proiecit Anno 1638, d. 1. Aug. in *Leopoldi Imperia* inauguratione idem fecit, uti ex relatione constat: *Chur Pfalz ohngefehr 10. oþ 12. Schritt von der Römer Thür / unter das Volk reitend/ und das erste Geld answerfend/ begabe sich hernach bald wieder auf den Römer Saal: Gleich hernach präsentirten sich beyde Herrn Grafen von Singendorff, als Erb-Schätzmeister / und wurrſen in den Schranken herum bis wieder zum Römer das übrige Geld unter das Volk/ immittelß die Trompeten sich hören ließen.* *Rex Bohemiae Imperii Achipincerna Eiusque Vicarius est Comes de Limburg, A. B. tit. 27. Archipincerna officium est, Imperatori vel Regi Rom. primum poculum vino & aqua permixtum impletum. porrigere , non tamen redimitum corona regali, si nolit vid. Constit. Ruperti I. d. anno 1330, ap. Goldast. tom. 2. Constit. Imperial. fol. 92. cur autem vinum Imperatori proponendum aqua diluaturo vid. Limn. 3. Jur. publ. c. 8. n. 8. & seqq.*

THESES. VI. Circa hæcce officia honoris causa peragenda animadvertisendum venit: *Electores intra, Vicarios seu Subofficiarios extra curiam equos, confondere, Spreng. Jur. publ. l. i. cap. 29. nec non in casu absentia Vicariorum seu subofficialium quotidianos Imperatoris Majestatis ministros ad officia hæcce admitti, eaque expedire Schutz. in Colleg. Jur. publ. diff. 7. 1b. 25. lit. A. & quamvis in casu presentia olim lis fuerit inter præmemoratos Subofficiales & Aulæ Cæsareæ Ministros: vid. discurſ. Beſold. d. prærogativa ſeffionis. num 4. hodie tamen ea in Capitulatione Ferdinand. II. art. 41. & Ferdinand. III. art. 48. deſiſa est, ne aliter quam certis in casibus Officiales Imperatoris in Hereditariorum subofficialium vices ſubſtituantur: ſcilicet caſu, quo Imperator Curiam imperiale celebrauit, auf Reichs-Wahl oder andern dergleichen Tagen/ da die Erb-Alempfer zugesbrauchen ſind. Quid, ſi quis horum Vicariorum mittat Legatum, an hic, an ordinarius Curie Imperialis minister officium gerere, ſequitur que ferre debet? Respond. quoniam hujus officii fundatio perſonaliflma est certæque familiæ jure Majoratus per A. B. est con-*

cella, per Legatum vel substitutum expediri nequit l. 69. l. 169. ff.  
d. R. J. Q. An in casu absentie Electoris aliquis Legatus ejus, an vero  
ad subofficialem pertinet et talis officii administratio? Pro Subofficiali-  
bus facit observantia vid. Schuz. in Colleg. d. stat. Rei Roman. Diff.  
7. lib. 25. lit. a. Limn. lib. 3. iur. publ. cap. 7. n. 77.

THES. VII. Considerantes solenitatem convivii Imper-  
ialis ac circa illud praestanda officia, memorandum adjicimus:  
*Comites* fercula solere ferre, uti in relatione coronationis Leopold-  
inae legimus, dasdamals durch funfzig Grafen die Speise  
aufgetragen worden.

THES. VIII. Electores R. G. Imperii officia quædam  
Episcopo BAMBERGENSI præstant, quæ tamen non illa sunt, quæ  
per predictos Subofficiales seu Vicarios, in Imperiali curia ista  
manera peragi possunt, sed ratione Bambergensem bonorum,  
quæ ab Electoribus nonnullis in feuda recognoscuntur, peculia-  
res sunt Vicarii, unde ex non distinctis hisce feudis error commu-  
nis natus est, quod Quatuor illi Imperii Officiales s. Electores ad  
similia illis, quæ Imperatori debent, officia Episcopo Bambergensi  
per Subofficialios præstanta adstricti sint, quasi Officia illa Elec-  
torum jam ante nominata ab Episcopo Bambergensi recogno-  
scantur. d. Conring. d. officialib. Imper. lib. 26. D. Strauch. *dissert.*  
*exoter.* 3. num. 12. Recognoscit autem Rex BOHEMIE ab Episcopo  
Bambergensi Pragam, Bohemia metropolin tanquam feudum,  
Goldast. d. Bohem. lib. 3. Ejus Vicarius & Pincerna est Nobilis de  
**Zuffianz**. ELECTOR SAXONIA anno 1623. d. 19. Octobr. ab Episco-  
po Bamberg. investitus est mit dem Obermarschallamt  
des Keyserl. Stifts Bamberg / und dessen Dugehörungen/  
Rittenberg/Schloß und Statt / Mühlberg Schloß und  
Statt/beyde an der Elbe gelegen/Tüben dem Schloß / und  
beren Dörfern/Berstadt / Alsendorf/ Weisigk und Gab-  
gast mit allen und ieglichen Dugehörungen / nichts ausges-  
nommen / wie denn solche Stücke den Churfürsten von  
Sachsen/von des Bischofs Vorfahren am Stift/gelichen  
worden/Limnae. ad lib. 3. c. 7. Ejus Marschallus est Nobilis de  
Ebner. ELECTOR BRANDENBURGENSIS investitus ab Episcopo  
Bambergensi mit dem ObristCammerAchte des Stifts  
Bam-



Bamberg mit allen seinen zugehörigen Stiften und Lehn.  
Ejus Camerarius est Nobilis de Rotenhan. Linnae. ad Capitular.  
Caro s. V. Imp. Carpz. diff. f. iud. 10. qu. i. ELECTOR PALATINUS ab eodem  
Episcopo in feudum tenet castrum Hohenstein/ advocatiam bo-  
norum, & hominum oppidi Hersbruck/Ullseck/Aurpach/Pan-  
genz/Velden. quis ejus Vicarius hodie sit nobis non liquet. ELE-  
CTORIS BAVARI Dapifer est Nobilis de Pommersfeld.

TH. IX. Reliquis Principibus familiare fuit & adhuc fre-  
quens est, Officiales hereditarios suorum Principatum, Ducatu-  
um aut Comitatum constitutre. Sic Ecclesia MOGUNTINA officia-  
les habuit Archimarschallum, Landgravium Hassia, Vice Maréchal-  
los, Equites ab Heusenstain; Archidapiferum, Comitem Velden-  
zium, Dapiferum, ex familia Equitum Brömserorum à Rudes-  
heim; Archipincernam è sanguine Comitum Spanheimiorum, uti  
ominatur Gabriel Bucelin. in Sacra German. Pincernam Equitum  
à Cronberg, ArchiCamerarum Comitem à Stoiberg, Camerarium  
ex equitibus familia Ruedt a Colenberg.

THESS. X. ABBAS CORBEJENSIS in Westphalia qua-  
tuor habet officiales prædictio nomine insignitos, inter quos est  
Dux Brunsvicensis & Luneburgensis. Sic habet relatio Johannis  
Lezneri in Chronic. de reb. gestis Ludovicispi & fundatione Abbatie  
Corbei. cap. 18. Der Abt dieses Kässerl. freyen Stiftes hält  
an selben Tage zu vesper / wie auch des folgenden Tages /  
beydes zur Messe und zur Vesper mit dem Seinen ein sonder-  
liche Procescion/ doch ferner nicht/ als im Creuzgang und  
in der Kirchen. In welcher dem Abt der Esterre Fürst zu  
Braunschweig / oder Wen derselbe darzu depubret/ und  
vollmächtiglich verordnet / einen silbern zierlichen Stab /  
als des Stifts Advocatus und Edler Voigt vor tragen/ wie  
auch der Esterre aus dem alten Adelichen Geschlechte der  
Stockhausen / als des Stifts Erzmarschall/ einen hölzern  
Stab vor tragen muss. Von alters hat der Esterre von der  
Malßburg/ als des Stifts Corbey Erbschenk / auf diese  
Zeit dem Abt dienen müssen. Es aber der Abt und Herr  
selbst träge in dieser procession den guldnen Stab/ in seinem  
zierlichen Habit und ornat/ als das einen solchen Prälaten und

und Gliedmaß des Reichs' gehühret. Der Edler Advocatus und Erbvoigt / nemlich der Fürst zu Braunschweig und Lüneburg / muß von wegen des Amptes / und der Graffschafft Dassel / den 14. Junii einen Hirsch gen Corbey in die Küche / und auch den 21. Junii einen lieffern und verschaffen / welches also von alters her gehalten worden ist.

THES. XI. Haecenus de officiis honorificis, quatenus vox ea denotat munus, videatur supra lib. I. Prout autem benivolam vel gratiā plenam comprehendit exhibitionem, reticenda non est, sed inſtar omnium memoranda maxime CAROLI V. glorioli illius bellis ac victoriis Imperatoris clementia, quam in deferendo honore exhibuit ministro suo. Scilicet laudissimus ille Imperator aliquando Ulſilingæ ventos navigationis expectans in multam noctem cum Georgio Sigismundo Seldio locutus, familiā omni sive dormiente, sive alibi divagante, & nemine ad tinnuli æris signum apparente, ipse (Carolus) Doctor Seldio quantumvis recusanti lychnum prætulit, eumque per gradus deduxit: *Hoc monumentum, inquiens, Cesarii illius Caroli Seldio exercitibus, ac copiis quondam stipati, quem nunc solum à familia etiam desertum video, & cui tot annos serviisti, te tibi nunc servit ac lychnum praefert. Chyraeus in orat. funebris, Carol. V. p. 3. lib. 7. c. 14.*

## SECTIO VII.

### DE NONNULLIS PECULIARIBUS ACTI- BUS TAM INTER VIVOS QUAM POST FATA HONORIS CAUSA AT- TENDENDIS.

THES. I.

Uavis, ea qua de loco honoriori & Titulis supra dicta sunt omnino specent ad cultum, sunt tamen adhuc peculiaria quædam, qua ritum exprimunt devotū. Huc referendum est Oculum observantia, quod honoris exhibendi causa olim Landsdati Romæ voluntatem

tatem populi conciliaturi, impertiebantur, solebant enim manus basiare, teste Ammiano l. 2. diff. 3. c. 2. Similiter & agnati & eorum, quos colimus, manus osculabuntur. Quid de osculo pedum, qui b9 Pontifices maximi se coli efflagitant sentiendum sit vid. D. Præses in commentat. d. osculo sanct. cap. 4. D. Becman in noct. dignit. illustr. diff. 6. cap. 2. Imperator Germanorum Vasallos tam Seculares quam Ecclesiasticos gladio investit, qui ensis evaginatus investituris porrigitur, ut capulu ejus apprehendentes extremum conum den. Knopff osculentur; Ita Archiepiscopus Trevirensis anno 1582. in Comitiis Augustanis teste Fleischman, in descript. Comit. Augustan. & Maximilianus Bavariae Dux, cum anno 1623. investiretur gladii Imperialis Eidem à Cesare porrecti capulum osculatum est, Lundorp. act. publ. lib. 6. c. 159. Eadem solennitate Electoralium & Ducalium Saxoniorum feudorum investituras Viennæ d. 13. Augusti anno 1621. peractam refert Carpzov. ad L. Regiam cap. 10. sect. 9. Conum tamen istum Electorem Moguntinum anno 1654. capulo quidem aliquantis per in manu retento non fuisse deosculatum, ex relatione sibi facta meminit Limna. d. jur. pub. tom. 5. Apud nonnullos Germania Principes in usu esse, ut Vasallos in actu Investiture osculentur refert D. Præses d. osc. sanct. cap. 5. Sic Reverendissimum Archiepiscopatus Magdeburgensis Administratorem Illustrissimum Comitem in Mansfeld paucis adhinc annis juxta morem curia istius feudalis vasalli pedem sinistrum ejus dextro tangentem dextraque collum manu complecentem osculo investivisse refert ibidem.

Th. II. Post mortem alicujus honoris causa quadam fieri solent. Sicut monumenta honoris & memoriarum causa extriuntur, ut sunt Epitaphia, lapides sepulcrales: vexillorum affixio & statuarum erectio, qua simpliciter non improbantur vid. Genes. 35. vers. 20. 2. Samuel. 18. v. 18. Marc. 15. vers. pen. præsertim si modo usu ab Illustribus, Nobilibus aliisque honoratioribus personis in memoriam & honorem defunctorum adhibeantur: etiam si in ipsis Ecclesiis monumenta ponantur & vexilla affigantur Carpz. def. 398. n. 8. D. Roth. Ictus & Antecessor celeberr. in diff. d. iur. sepulcror. caps. Electorum Palatinorum, Saxoniorum & Brandenburgicorum, qui ab Ottonis III. tempore ad hoc usque seculum regnarunt, Epitaphia conscripti August. Brunnius in Triad. E. F

lett. publ. De Conservatione Principum vid. Grubelli diff. de eadem  
materia.

THES. III. Huc reser Vestes lugubres, qui certis personis  
v.g. viduæ, parentibus, servis, ancillis & toti familia ex bonis  
defuncti mariti debentur, quia defervunt ad honorem defuncti  
D. Roth. d. l. Est tamen modus in dandis vestibus servandus, se-  
cundum dignitatem accipientium & facultates defuncti; id quod  
exprimit Ord. Provincial: in Dueat. Gorban. tit: von Begräbnis-  
sen in verb. bey Begräbnissen sollen keine Kleidungen /  
Trauermantel Binden und Schleyer ausgegeben werden/  
ohne was ieder vor sich seine Kinder oder Eltern und Haus-  
genossen darunter aber ausgestattete Geschwister und der  
selben Kinder auch andere fremde und verwandten nicht  
zu verstehen seinem Stande und der Kleider Ordnung nach  
von nothen bey Straße 10. bis 15. Thaler.

#### SECTIO. VIII. ET ULTIMA

### ACTIONIBUS ET JUDICE IN CAU- SIS HONORUM.

THES. I.

**A**Ctiones pro causa honoris competentes in judicio  
proponendæ possunt esse prejudiciales, vel actio inju-  
tarum, quod nemo debeat ferre contemptum de-  
biti honoris arg. l. i. in pr. C. §. b. ff. a. postuland. vel  
actio confessoria & negotatoria utilis, v. g. in materia  
in signum Höping. d. insign. c. 14. n. 2. Nolden de stat. nobil. c. 19.  
formulam libelli lege ap. Crufium tr. a. iur. praemir. Competunt  
etiam interdicta tam retinenda quam recuperanda possessionis. l.  
item interdictum uti possidetis propter l. i. §. 9. ff. uti possidet, de modo  
libellandi vid. Limn. tom. 4. in addit. lib. 5. c. 12.

THE. II. Quando de præcedentia fessioneq; statuū Imperii contro-  
vertitur, Judge competens est Imperator, præsertim si in Comitiis  
agitentur, quales controversiae multū officere solet publicis deli-  
berationibus; Stamer. d. reserv. Imp. Rom. Germ. §. 4. Ubi monstrat  
itas controversias non esse decidendas ex antiquitate familia-  
rum, nec ex multitudine regionum titulorumque, nec semper ex  
actibus



activo possessoris, sed id arbitrio Imperatoris esse relinquendū.  
Si autē de honore litigantes non habeant superiorēm, quinam erit iū-  
dāx. Respond. Gladius. Illud testatur sanguinolentum bellum in-  
ter Reges Sveciæ & Poloniæ, quod anno 1658. maxima ex parte or-  
tum obserabatur. Placet tamen distincio D. Martini Profess.  
Chiloniensis in *dissert. de prærogativa Reg. German.* lib. 39. Aut litem  
hanc movent principes haec tñ ita pares, ut utri prorogativa hac  
debeat merito possis adhuc dubitare? quo casu videtur omni-  
no dicendum, motum inter tales ob solam hanc *prærogativam* bellum  
à parte primi laidentis fore injustum, propter defectum scilicet  
causæ materialis, quæ, minus hinc est, aut videtur saltem suffici-  
ens. Adde quod nullum planè, inter Christianos præsertim,  
justum possit dici bellum, nisi quod inevitabilī necessitate ( qua-  
lis hic quidem nulla potest fingi) sic jubente suscipiendum. Quod  
si verò aut jure meliore subnix, aut in prærogativa hujus pos-  
sessione vel constituto Principi aliis per vim jus suum vellet eri-  
pere, quoque minus illo libere utatur, prohibere præfumeret,  
annon justam arma expediendi causam daturus eset lato, non ita  
multum dubito: quod tum minus quidem dubitationis haber,  
quando injuria aut contumelia insuper acceſſit. Planè quemad-  
modum privato, ob egyptam turbatamve possessionem, sua non  
desunt. Iquibus experiatur, remedia, quæcunque tandem illa sint;  
Ita Regibus & Principibus, qui que illis pars jus obtinent, bello ( si  
juri quidem suo strictè velint inharere ) uti non est prohibitum,  
cum quot actionum forensium sint fontes, totidē sint quoq; belli,  
& ubi judicia deficiunt, incipiāt bellum, ceu docet Grotius lib. 2. d.  
*jur. bell. & pac. c. 2. §. adae quod iniquitas partis adversæ justa bella*  
*ingerat, uti loquitur Augustinus in lib. d. civitat. Dei lib. 4. c. 4.*  
*Num verò in causa honoris Duellum sit licitum, Quid Negatur.* Ra-  
tiones solidè adductas vid. in *dissertat. D. Praefidis de Philautia*  
*cap. 5. lib. 3.* Concessa tamen est potestas utendi moderamine in-  
culpatæ tutelæ vid. Chassanæ part. 1. confid. 2. Ceterūm de honore  
& honoris defensione vid. consil. Ludolphi Schraderi part. 1. consil.  
4. n. 212.

TANTUM!

ADDITAMENTUM. I.

Imperatores vanitati Græcorum, quorum unusquisque se-  
F 3

re officium aliquod sive nomen officialis affectabat, gratiscaturi, ambitiosos imaginariis dignitatum honoriarum umbris potius, quam reali functionum ac administrationum officii concesione afficiendos existimarentur. Has verò qui tenent, honorarii sive imaginarii appellantur & describuntur in lib. 9. C. d. metat. l. 11. nr. 41. quod sint quibus citra cingulum dignitas pro solo honore delata est. Nullum enim honorarum cingulum gestabant, cum nullo antegesto administrationis merito consecuti sint, sed solo codicillorum Principis beneficio ornentur l. 1. C. 7b. qui ap̄r̄ab̄. tiron. Aulonius eos describit:

*Adunari expertes, nomine participes.*

II.

De Consiliariis, quibus consiliarii nomen honoris causa datum est, quorum tamen consilia nunquam petuntur, dici solet, quod de Rege taxillorum ludi, de Imperatore Græcorum, de Cardinalibus Ravennæ, aut Rege Ivetot in Galliis, in quibus nomina sunt absque juris effectu, uti tradit Don. Mastrill. lib. 4. d. Magistrat. c. 10. Gallia ejusmodi honoriarum dignitatum exemplis abundant, teste Charl. Loyseau en son traité des Ordres & Simples Dignitez au chap. 17. Limn. jur. publ. tom. 4. ad lib. 7. c. 1. n. 47. hic refer Episcopos nonnullos, qui nomen ducunt ab Episcopatibus, quos infideles & Ethnici detinent.

III.

Tutores quidam Honorarii appellantur; quod nimis ob honorem l. 15. §. 9 ff. d. excusatur vel honoris causa l. 26. §. 1. d. ruel. testam. l. 60 §. 2. ff. d. vir. nup. sine administrationis onere constituantur. Hi tamen verè & propriè dicti tutores sunt, ac prind ad eos tutela periculum pertinet. Ita Anton. Faber in iur. upr. papinian. tit. d. tutor. princ. i. ligation. dicit: Et ideo non est dubitandum, quin tutores honorarii verè tutores sint, hoc ipso quod honorarii sunt, nec consequenter mirandum, quod diximus, ad eos cum verè tutores sint, tutela periculum pertinet. Officium horum tutorum honoriorum in tribus hisce potissimum consistit. In diligenti & assidua administrationis inspectione 2. In fidelī & sollicita admonitione 3. in suspecti postulatione. Administratio ad eorum officium non pertinet; nec ipsi metu honorarii tutores administrare & gerere obligantur, quippe qui ad hoc ut gerant constituti non sunt l. 14. §. 1. d. soluit. D. Lauterbach, dissert. d. tutor. honorar. lib. 24.

S. D. G.




00 46453



St  
Se

1897



B.I.G.

Farbkarte #13



2  
DISSERTATIO

DE

# CAUSIS HONORUM

Von

Schren - Wällen /

QUAM

PRESIDE

## PETRO MULLERO

Jcto & Prof.

ad d. Septembr.  
ventilandam exhibet

AUTOR

DAVID Heger /  
Weidâ Variscus.

---

JENÆ, TYPIS GOLLNERIANIS 1679.

